



UCLA LIBRARY

Ms. 225

360

R.325 Es de la libreria de S. Benito el real de Valladolid.

^{MO} S. D. N. P A V L O. P R. V.

Hispaniarum

CANONIZATIONIS

Serui Dei Isidori Agricola Oppidi de MADRID.

R E L A T I O

Per tres Rotas Aud. ab eadem Sancte Virgi deputatos nempe
Franciscum Sacratum Archiepiscopum Damascenum.
Ioannem Baptistam Coccinum Decanum eiusdem Rotae.
Alphonsum Manzanedum de Quirinones.

In qua Processuum Acta. & probationes expenduntur. & iudicium super Canonizatione facienda interponitur ad prescriptum
Sacerorum Ritualium.

S. R. E.

S. D. M. P. A. M. O. P. R. M.

Alphabētū

CYNOVASTIÖNIS

G. G. D. R. I. S.

REJATIÖ

REJATIÖ

REJATIÖ

REJATIÖ

REJATIÖ

fferimus hodie S. V. in sanctorum numero ad-
 scribendum non Regem Diademate coronatum,
 non Principem, aut diutrem aliquem geminis, au-
 roque fulgentem, huiusmodi enim cultum parum es-
 se aptum ad imitandam Christi humilitatem sa-
 ris suo et exemplo ostendit Heraclius Imperator. Non etiam adduci-
 mus hominem, mollibus induitum, qui enim hac reste luxus rur-
 gidi, & onguentis opleri, ac delibuti se hominibus admirandos pre-
 stant in domibus Regum habitant. Beat^r. ergo O. quae in terris
 se Seruum Seruorum Dei appellans, imitatur humilitatem, que il-
 lius Sectatores exaltat, & ad Celos perducit, presentamus Iudorum
 pauperem, humilem. & Agricolam, qui cum cogitauit in C. do magna
 fabricam construere, Cellitudinis de fundamento prius cogitauit:
 humilitatis, & illam insequendo agriculture incubuit, qua fami-
 liam tuam honeste, licet cum parsimonia, alere valuisse, et cum non so-
 lum ad hunc effectum agros corporaliter, sed sanctis, p. p. qz excretijs
 charitate serucenti, & firma fide, aopse in Deo, continuaque oratione,
 & contemplatione agrum propri.e anim.e, & conscient.e coluerit, fru-
 eisque spirituales oberrimos, ac Deo gratissimos ex hac cultura
 collegerit, non immitio celestis Agricola appellari valet, itaque diaui-
 tes, & Principes Terre antecellere mercatur, nec isti illum quamvis
 Agricolam designari debent, cum etiam Christus D N. Parrem
 ducit Omnipotentem, Agricolam vocauerit in euanglio apud Joan.
 cap. xxv. maxime cum quamvis Agricola pauper, & humilis, licet
 rarumque ignarus de Deo, illiusque summa bonitate lege, & pre-
 ceptis adeo alte lenscrit, & cognouerit, illa omnino esse seruanda,
 nulloqz modo transgredienda, prout Iudoril. illa nunquam

transgreditus fuit, sed semper omni conatu, & studio illa in suo peccato
re conseruavit, adimplendaq[ue] curauit, et agnoscens communis gene-
ris humani Iunici insidias, et quod cum illo luctam inire oportebat,
ne vestitus cum nudo ad illam deueniret, siquic[ue] ceciis ad ter-
ram traheretur, nihil in mundo possedit, sequitur ad hanc luctam mirabi-
liter fulgentibus amoris Dei, et proximi, ceterarumque virrutum
armis muniuit, siquic[ue] cum **I.H.S.V.** Redemptore Nro apud Mar-
t. cap xi. dicere potest. Confiteor tibi Pater Dñe Rex Celi, &
Terre, quia abscondisti hec a sapientibus, et prudentibus, & reue-
lasti ea parvulis. Ut autem appareat quid, et quanta arcana diuinorum
mysteriorum Deus hic parvulo Agricolae, & humili famulo suo **Jesu** doni
reuelauerit, facile ex discursu istius Relationis constabat.
Et autem ordo debitus in hac Relatione seruetur, illam in Tres Ar-
ticulos distinctos, et separatos dividendam duocimus. In primo
namq[ue] Artculo de Processu Remissionali, et qualiter legitimè fuerit
fabricatus, agemus, ibique de examine testium, et quod fuerint vi-
tide examinati, ostendimus: deindeque ad Processum Compulso-
rialem deueniemus, qui demonstrabitur legitimè, et seruatis ser-
uandis de iure confeccis, itant iura in illo compulsa esse in
forma probanti, apparcat. In 2o vero Articulo principaliter de
Sanctitate Vitæ Serui Dei **Jesu**, illiusque miris Virtutibus
gratijs, et donis, quibus dum in humanis ageret ab Omnipoten-
ti Deo sua diuina miseratione condecoratus fuit, sermonem fa-
ciemus. In 3o autem articulo deueniemus ad miracula, quæ
eam in vita eiusdem Beati **Jesu**, quam post illius felicissi-
mum obitum Deus in Sanctis suis mirabilis dignatus fuit
intercessione famuli sui operari.

Articulus Primus

De Procesu Remissoriali, & de Examino et Testimoniis

Postquam Commissio S. V. nobis directa super Canonizationem
 istius Serui Dei Isidori fuit presentata. per nosque humiliter
 Jurisdicō per illam commissa acceptata instanter pro parte
 Procuratoris *Catholicae Maiestatis* Oppidique de Madrid fuerūt
 petiti & luteae Remissorials ad partes pro testibus circa Sancti-
 tatem ore B. *Isidori* minutulaque examinandis iuxta Arti-
 culos in actis exhibitos. Interrogatoriaque data pro parte Fisca-
 lis. quas decrevimus directas Illmo & Reu^{mo} D. Don Bernardo de
 Rojas. & Sandoual S. R. E. Presb^{ro} Cardinali. Reu^{mo} Episco-
 po Canarien. admodumque Reu^{mo} Rectori Don Ioanni de Ores.
 Eccle^s Cathedralis Carthaginē Cantori. & Canonico. que illis per
 eosdem Procuratores. de quorum mandatis legirime nobis consti-
 titit. presentate fuerunt. ipsique ab illis requisiti. iurisdictionem
 sibi commissam acceptarunt. & ad dictarum litterarum executio-
 nem se paratos obtulerunt. Rotulumque Articulorum aperiri
 mandarunt. & in Notarium Franciscum Ortiz de Salcedo. in
 Nuncium vero Iudeicum de Vallejo deputarunt. a quorum
 quolibet solitum Juramentum de fideliter exercendo receperunt.
 et ad instantiam corundem Procuratorum locum. & homis audi-
 entie assignarunt. et testibus per Procuratores presentatis pri-
 us citatis. ad se examini subiiciendun. & formiter a quilibet illo

Juramento de' veritate dicenda recepto, & interrogatis prius per tenorem Interrogatoriorum, deindeque per Articulos datos, et tandem examine' cuiuslibet absoluto tam per testes, qui scribere sciebant, quam per Iudices, & Notarium depositio cuiusque sive subscripta, omnibusque testibus sic examinatis, & eisdem Procuratoribus instantibus, fuit per eodem Iudices decretum, ut procederetur ad eiusdem processus, corundemque testium depositio nem fidem transumptionem, & auscultationem, ac collationem ad quon effectum assignarunt locum, & dies, ac Hilarionem Cembren Notarium Aplidium, ut insulam cum Francisco Ortiz Notario Actuario istius Processus Remissorialis ad diuinam collationem decuiriiret, qui Juramentum de fideliter exercendo in manibus Iudicium prestat: predictisq; sic penalis, & eisdem Procuratoribus petentibus Iudices copie, & originali istius Processus suum decretum interposuerunt, & acm copiam auctentiam mandarunt claudi, & sigillari, prout factum fuit, & Portatori consignatum, ut ad Curiam transportaretur, & iuramento exhibito per Portitorem de fideliter transportando, quod adimplatum fuit, prout euentus docuit, & Processus coram nobis transportatus ad instantiam legitimi Procuris earundem Partium iussimus, illum recognosci, & aperiri, ac interpretari de Hispano in Latinu sermonem, prout factum fuit, et per nos diligencia, qua potuimus, processu isto remissoriali examinato, consumimus illum confectum coram D. Ep'po Canarien, et Thesaunario Carebaginé esse in forma probanti.

Sed quia in Commissione eisdem tribus Iudicibus directa, dicitur, commutomus, et mandamus, quatenus per vos ipsos vice nostra coniunctionem, & simul procelentes, aut te D. Cardinale absente, vel impedito, vel interesse nolente, vos duo Ep'pi Canarien, & Don Joannes de Ores,

con-

3

coniunctum. simulque procedentes omnes. & singulos testes &c. & reperitur aliqui actus facti. & aliqui testes examinati per D. Cardinalem. & D. Thesaurarium absque interuentu Ep[iscop]i Canarien[sis]. dubitauimus de validitate d[omi]ni examinis. Atorumq[ue] actorum ex eo quod.
ut ex verbis d[omi]ni commissionis apparet tantummodo possent Ep[iscop]i
Canarien[sis]. & Thesaurarius insimul absq[ue] D. Cardinale. Stante illius
impedimento. procedere. non autem concederetur facultas D. Cardinali. &
alteri ex alijs duobus iudicibus. Coniudice impedito procedere. prout D. O-
minus Cardinalis cum d[omi]no Thesaurario propter impedimentum Ep[iscop]i Ca-
narien[sis] processit ad examen. & quosdam alios actus tam in d[omi]no Remissi-
quam in Comp[aratione]. Ut autem si qua nullitas ex predictis resultabat. sana-
retur. fuit ad S. T. O. habitus recursus pro d[omi]na sanatione. quam V. B.
arbitrio nostro commisit. prout in commissione manu S. A. subscripta. &
nobis directa continetur. qua stante. & per nos d[omi]na nullitate examinata.
censumus. arbitrium intrare pro illius sanatione. moti potissimum ex eo.
quod in depuratione d[omi]orum trium Judicum de idoneitate omnium co-
gitauimus. Unde licet clausula: Et impedito. vel nolente &c. adiudicatur
gatur tantummodo persona D. Cardinalis; attamen in quolibet alio extre-
bus iudicibus subintelligenda est iuxta meutem subdelegantium. &
respectu causae finalis. qua fuerint moti. nempe ob idoneitatem omnium
d[omi]orum trium Judicum. que causa subdelegationis magis attenditur. quam
precisa illius verba iuxta Bal. in cap. fin. n. 3. vers. item magis attendi-
tur. Card. ibidem in § idem circa fin. vers. ex his nota de offic. deleg.
Sund. dec. 268 n. 24. in fin. Et facit. quia luce subdelegatio verbis ex-
pressis continet locum certum. in quo expediri debent. nibilominus ex
presumpta mente subdelegantis. potest in alio loco expediri. si in loco as-
signato perfici commodè nequeat. ne sub tali pretextu contingat. delegati-

nonon impediri, vel differri ad tex in e statuimus il^o in fin. & ibi
Glos verbo differri, & Anchā n^o 4 Arēbid n^o de off Iud ddeg. in 6.

Roman. cons. 433 n^o 1. & si sequitur licuisse r̄ideretur D. Cardinali cum altero
in causa procedere, ne propter absentiam tertij contingat subdelegatio-
nem impediri, vel differri. Prout etiam facta delegatione cum clausula
si non potuerit, sub illa dicitur continet voluntas & prudentiam & adi-
cimus. & ibi Glos verbo voluerit, & Felin. n^o 13. de officiis Iud. ddeg.

Tterius quia regulariter quando agitur de forma illa potest per equipollens
adimpleri quando respicit certum effectum. Dec. ini. si maior n^o 4. C. de
instic. & subst. Cassad. dec. 26 n^o 2. Super reg. Rot. dec. 267 n^o c. p.
i. & dec. 33. n^o c. p. e. divers. Semip. decis. 509. n^o x. sufficit enim. et
quod mente inducentis formam sit satisfactum, licet non verbis Rom-
a. cons. 433. n^o 3 & ibi Mandos in p. addit. in fin. Cassad. decis. 2. n^o 2.
in fine. & n^o 2 de Iudic. magisque acceditur effectus, quam verba.
quoniam indignum C. de testam. Bal. in l. legitos in fin. prīne. ff.
delegit. tuto. Cnuet. cons. 509. n^o 1. Verba enim debent intentionis
scrutari, non intentio verbis cap. in his de verb. sign. in b. l. s & condicio.
ff. de alimen. legit.

Que magis procedunt cum plenus satisfactum videatur subdelegan-
tium intentioni per interuentum D. Cardinalis cum altero Coniudico
quam si processerint alijs duo inferiores simul acerba qualitate perso-
næ. & dignitatis tante majoris considerationis, quo stante dicitur
ista solemnitas leuis, cum leue dicatur omne, quod non est ratione mani-
tum, cuius omissione non irritat alcum, ut per Bal. in l. bac consultissima
n^o xci. alijs n^o 6 col. 2. vers. est autem leue. C. qui testam. facere poss.
Soec. cons. 15 incap. risis pris. n^o 50 lib. i. quod autem ratione caret,
non meretur attendi & quod Coepiscopi 68. dist. Glos in e si quando.

verb.

4

verb. Rationabilem de' rescript.

et optimè facere videtur distinctio. Anchær in Clem. vnic n° xi ad finem multum facit de sequest pass. Et fruct. Vbi quod formæ prefatio nunc rituar actum quando est adiecta potestati jurisdictionis. secus autem quædo est adiecta illius exercitio. et quando aliquid in illo seruandum statuitur. quia tunc eius omissione non reddit actum nullum. & Anchærum sequitur Alex. in addit. ad Bart. in l. vnuersa in p^o apostol. post med. C de pree. Imper. offeren. sed sic est. quod in casu nro dñi clausula fuit adiecta exercitio jurisdictionis. ibi quatenus per nos ipsos coniunctim. et simul procedentes Ec. non autem iurisdictioni iam concesse. ibi nos Iudices executores nominavimus. & constituimus.

Et tandem dubitatio. si que remanet. potest superari ex notorio stilo concedentiibusmodi Remissoriali cum clausula vel saltē non minus quam duo insimil procedentes Ec. dubia namqe dispositio iuxta stilum interpretatur e. ex litteris de' constit. l. quod si nolit. & qui assidua ff. de' c*cl*il. edic*b*. Surd. decis 566 n° 35. & quod ista conclusio procedat in concessione jurisdictionis. tradit Gabr. tit de' consuetud. condic. n° 33. & 37. et clariss. n° 28. Vt per amplia. quia idem dicendum in concessione jurisdictionis Ec. que facilius procedunt. cum arbitriu*a* Dñp*e* concessum licet reguletur à Iure C*cl*. de' Criss. dec. 7 de' sent. Gre' iud. Rot. decis. 248. n° 4. p*c*i. diuers. nibilominus aliquid remittat de rigore Juris. vt per Crescent. dec 4 n° 3. de' test. Serapb*u* decis ut 4. n° i. Ex quibus omnibus censuimus. inerare arbitrium pro sanatione de' nullitat. qua sublata. iudicauimus. testes Remissoriales fuisse va- lidè examinatos.

De Processu Compulsoriali

Fuit etiam ab eisdem nec Judicibus fabricatus separatum alter Pro-
cessus. namque Compulsorialis continebat plura iuri instrumenta. obis-
trias, in quibus sit mentio de Sanctitate ritu. & miraculis Servi D E I
Isidori. ne non plures processus informatios aucte Nuncij. & Online-
ry fabricatos, quorum omnium extractiones. & compulsiones legi-
time factas consumimus. In primis enim constat de unctione. &
aucte Judicium compulsantium ex eisdem litteris Remissorialibus in
quibus eis datur facultas compulsandi omnes. & quascumque scriptu-
ras. & Instrumenta pertinentia ad hanc causam. Constat etiam de
presentacione declararum facta a legatis Procuratoribus. & de
eorum mandatis. ac acceptatione Jurisdictionis. ne non deputacione No-
tarij. & Cursoris una cum corum iuramento, designacione loci, diei et
horarum pro actibus faciendis. & testibus examinandis. De citatione
illorum. penes quos scripture compulsande reperiebantur. ut illas ex-
hiberent. & de illarum exhibitione per eos facta. De detetio Judicium
extractionis. & insertionis in actis una cum insertione subsecuta.
De recognitione singulorum Iurium. ut supra exhibitorum. et de qua-
lificatione testium defunctorum facta per testes seruatis scrupuli-
s examinatos. Postquam omnia etiam appareret. dictos Iudices decreveris-
se. compulsari scripture. & compulsatas auscultari cum Notario ad
hunc effectum deputato. & iurato sigillari. daudi. & tertiis Portiori si-
deli cum solito iuramento ad effectum transmissionis illarum ad Urbe,
prout cum effectu fuit transportatum. & de mandato uno Notario cau-
se consignatum apertum. & recognitum. & de hispano in lacinum

ser.

5

sermonem traductum per Interpretem ad id deputatum. Ex quibus
orsum fuit nobis hunc processum Compulsoriam legitimè fuisse confe-
ctum. testesque etiura in eo contenta esse in formia probanti.

B R E V I S E N A R R A T I O

De Natiuitate B. Isidori, illiusque educatione et
adventu in pueritia, quam in aliis etatibus mirificis pro
secesserat in rebus accessibilibus in Virtutem.

Iste Dei famulus *Isidorus* fuit natus in Oppido de Madrid Tolosa
tan Diocesis à parentibus p̄s. & Catholicis, descendantumque ab antiquis
Xpianis tributibus, fuitque baptizatus, & confirmatus iuxta ordinem
Sacrosancte M̄ris Ecclesie, et à teneris annis virtutibus, & devotioni
maxime deditus, ut historicè de illius vita composite restantur, maxi-
me Ioann. Basilius Sanctorum in suo libro intitulato *Flos Sanctorum*,
& Pris Joannis de Mariceta in sua historia Ecclesiæ Sanctorum Hispanie,
& Fris Francisci de Pereda in suo libro intitulato *la Patrona de Madrid*.
Idemque probant testes Remissoriales super 2º Arlo non p̄testis 14.
& 43 et 103. quibus accedunt testes Compulsoriales iuxta p̄m et 2º
Interrog. nempe 4 42 49 50 & si qui omnes premissa testantur de
auditu à maioribus, traditione, ac publica voce, & fama. Quod au-
tem in rebus ita antiquis historicè & testes de publica voce, & fama
sufficienter probent, infra sigillatae de iure procedere demonstrabi-
mus. Non obstat, quod p̄t testes, & historicè non faciunt mentionem
de Sacro Baptismo, & Confirmatione suscepit ab Isidoro, & quod quis
non presumatur baptizatus, & confirmatus, cum hoc sit quid facti cap-

Parvulos dist & ista enim Regula non procedit ultra, quae fieri so-
lent, in consuetis enim. Et a communiter accidentibus, quae facti sunt
presumuntur. Bal. in l'incendium in fin C si cert petat fas in l'inci-
endum n° 2 ff. de verb. oblig. quod autem parvuli in Regnis Hispa-
nie baptizari, & confirmari soleant, non est, qui dubitet, cum sub-
sint Regi Catholico Religioni, pietati, & deuotioni maximè intento,
ynde oritur magna presumptio, & indubitate Baptismi, & confirma-
tionis famuli Dei Isidori, quae plurimum iuuatur ex eisdem bishōpī.
Et testibus supra relatis, firmantibus. Isidorum fuisse pīe, & sancte
educatum, quae educatio supponit, arguitq; in parentibus curam quod
filius fuisse prius baptizatus, & confirmatus, quae omnia satis fue-
runt nota in Relatione Uelitis Archiepi Valentini Tomie à
Villanova.

Et ex predictis, sanctisque ac piis exercitijs, quibus Isidorus a sua
pueritia incumbere cepit, facile dignosci valedit. **D N I E S V M**

C H R I S T U M istum Servum suum, quem ad sublimem
sanctitatis gradum promouere decreuerit, quod familiare est domi-
ne Sapientie. ut eos, quos ad eximiam sanctitatem preuebent statu-
tuit ab incunte etate peculiari gratia preueniat. & futuram pietatem
ab ipsa inchoatione premonstret, quod quidem progressusque mirifi-
cos in dies per Isidorum in omnī genere virtutum fullos, ex sequen-
tibus facile erit legenti hanc Relationem videre.



deum per amorem tuum. Nam etiam I. neq; dicitur M. Ne amemus I.

HARTA QVLSAN L. t. ut p. h. q. u.
ut amorem tuum. q. u. ut h. u. l. Q. m. r. f. s. v. P. D.

De Sanctitate Vite B. Isidori, exceptus de

l. t. 44. ut h. u. illa in C. c. e. r. o. m. n. i. a. n. r. i. b. l. d. a. u.

ut h. u. l. a. n. r. i. b. l. q. u. f. u. h. u. l. e. s. t. q. u. e. s. t. q. u.

Ex pluribus valet Sanctitas vite istius Serui Dei deum tam in genere, q; in specie, sed prius de argumentis. & rationibus, ex quibus illa in genere eleetur, agendum duximus. & postea facilius ad virtutes eiusdem scâ in specie decerniri possit.

Sanctitas igitur sit istius dilecti Serui Dei in genere in primis deducitur ex communis. & omniuersali in Regnis Castellis opinione illius, non solum inter Reges, Principes, Archicopos, Prelatos, & Magnates, sed generaliter in toto Populo Martini. & Regno tam in vita, quam post mortem, que cum euenerit de anno M. C. L. XX. et continuata fuerit usque in hodiernum dicon, & sic per 447 annos, & computatis alijs, quibus vixit, et hanc eandem opinionem Sanctitatis habuit, ascendunt ferre ad D. annos, quibus ista uniuersalis Sanctitatis opinio Isidori orta fuit, acconciuata, & in dies aucta, prout late apparet ex historiis de vita istius Sancti scriptis, nempe per Ioannem Diaconum, qui in humanis agebat, de anno 1232, sicque illius historia est satis antiqua, & per Basiliu Sacerdotum in libro Flos Sanctorum nuncupato. Villegas in suo libro Flos Sanct. extenuat, 3. parte histor. generali P. Joan Marietam, Ordin. Predicat in Historia Ecclæsia omnium Sanctorum Hispanie. Petrum Sanchez Societatis IESV in libro de Regno Dei lib. 5 c. 6. et P. Jacobu Bellelo Ordin. Predicat in libro de Confut. Mineru & S. Sacram. & per Fr. Fuminascum Pereda eiusdem Ordinis in libro intitulato la-

Patrona de Madrid. & per Ambros. de Morales in hisloria generali
hispanie. & per Fr. Franciscum Ortiz Lucio Ordin. S. Francisci in li-
bro Flos Sanctorum. Quibus ad hoc idem probandum accedunt qua
plurimi testes deponentes de publica voce. & fama de opinione Sancti-
tis B. Isidori in vita in Rem. super 20° arlo. nōmp' 16. fol. 115. 44° fol.
209. 123. fol. 346. 129. fol. 361. 134. fol. 376. 151. fol. 415. 164. fol. 449.
165. fol. 453. & alij plures. Necnon alij deponentes de continuatione
peccati famae Sanctitatis etiam post mortem ad huc usque tempora in eodem
Rem. super 16. arlo testis 103. fol. 351. 126 iuxta & fol. 362. & 140. fol.
389. 146. fol. 478. cum alijs pluribus. Et particulariter hunc seruum
Dei Isidorum pro Sancto reputauit. ac reputat. & veneratur. fuit. ac
veneratur Serenissimus Rex Catholicus Philippus II. suiqs
progenitores. ut deponunt in Rem. testes 157. fol. 428 super 62. et
205. fol. 547. 203. fol. 540. 127. fol. 365. 146. fol. 406. 123. fol. 354. et
164. fol. 462. Ecum ressemur in gestis non solum in antiquis. sed
antiquissimis ferè à D. ab hinc annis. illa probari per historias. & te-
stes de publica voce. & fama in luce est receptissimum c. 6 fin. de
sacr. vñct. Glo. in c. inter dilectos & sed contum verb magis. & ibi Abb.
nº 13 in fin. de fid. instrum. Io. Andr. in c. sine possessione de reg. iur. in
6. Td. in c. vniens el p. n. 16 de test. et in c. 2 n. 49 de rescript. Bald.
in l. proprietatis n. 3. C. de probat. Bart. in l. i. n. 22. obi las n. 25. Dec.
num. 28. in fin. ff. si cert petat. Alex. in l. rem que nobis n. 18. ff. de
acq. poss. Crauerit de antiqu temp. & riso in baec p. parte. Mil. in verbo
scriptum noui. & veteris. Vers quedam enim Socian in reg. 238. incip.
liber. siue scriptum fallent 2. Narr. cons. 336 n. 91. Decia. cons. 21
n. 29. vol. 1. & cons. 19. n. 8. vol. 3 Bellam. decis. 70 incip. administrula
ista n. 3. Verull. dec. 344. n. 3. et 347. n. 4 p. 3. Rosa. duuers. dec. 174. n.

p*e*i. Castellan. in tract*e*. de' Canonizat. Sanct*e*. q*e* vers quero an
in Canonizatione Sanctorum, & Sepius in Relationibus Sanctorum
maiores nostri firmarunt. presertim in illa S. Hiacinti fol. 28. Vers.
nec prorūm fides. & S. Raymundi p*e* art. 2 vers hic rem cum du-
obus seqq. & in alijs. Quam conclusionem ita comprobare placuit, qui
a in discursu istius Relationis illa cogenitus, non semel, sed pluries, cum
versemur in Canonizatione Serui Dei Isidori, qui florere in Sanctitate
cepit 500 ab hinc annis, sieque non ita de facili sit alias saltum te-
stium probationes de gestis antiquissimis reperire, cum nec vita, nec me-
moria hominum ad tot secula ascendat, et ideo quoties in infradicendis
hoc genere probationis vti necessarium erit, remissiu*e* ad banc conclusi-
onem hic firmatam procedemus.

sta autem vniuersalis Sanctitatis reputatio, et vox Populi non imme-
rito vox Dei appellatur, maxime cum sit vox Populi Catholica, &
Christiani Sanctos venerant, qui nullo humano affectu, vel cupiditu-
te boni alieuius temporalis, sed solo pietatis. & diuini honoris deside-
rio dulcis. Sanctitatem istius magni Serui Dei perseveranter per tot
secula acclamauit, & clamat. & quod huic communi opinioni usque
nunc continuata in hac materia Canonizationis quamplurimum defe-
ratur, satis fuit dictum in superis Relationibus Sacri Hiacynebi adfin-
vers. ceterum, & S. Raymundi vbi supra vers pro quibus, & faciunt
adducta per Bald. in l. prouideendum C. de postulan. dicentem, quod ad
virtutem hominis probandam multum defertur communi reputati-
oni.

*S*ecundum argumentum ad istam Sanctitatem vice in genere proban-
dam desumitur ex devotione Populi erga istum famulum Dei Isido-
rum, illum inuocando in suis necessitatibus, ad illiusq*e* Sepulchrum.

occurrendo. Dei famulum. illiusque corpus venerando. ipsiusque sa-
rem. & intercessionem pro gratiis obtinendis à Deo cum magna fide fla-
gitando. et dona. muneraque illi offerendo. et omnia hec per tantorum
temporum curricula continuando. ut probant historicè superius relate.
& plures testes Remillionales.

Quod argumentum ex eo reboratur. quia cultus publicus non nisi Sanctis
est debitus ad rex inc. 1 et 2 de Reliq. & vener. Sancte et utrobique.
Doct. Conc. Trid. sess. 25 in decreto de inuocat. vener. et Reliq. Sanct.
& trudit. Illus. Carl. Bellarm in lib. i. de sanct. & beatitud. Sanct. c. x.
Isidorus fuerit exhibitus. bene ex eo inferetur ad illius Sanctitatem.

De ista autem cultus exhibitione in primis patet. quia antiquitus offi-
cium proprium Isidori in Ecclesia S. Andree de Madrid. ubi illius incor-
ruptum corpus seruatur. recitatum fuit. & hymni in illius laudem com-
positi. ac decantati. et missa cum oratione propria de illo in ipsius festi
uitaribus celebrata. et quod incuria. & negligentia Rectorum S. Andree
deiū Officium. & missa iam non celebretur. et quod ita habent pro certo.
deponunt in Remiss. testis 16 fol. 115 et 118. super artic. x et testis 165
fol. 428. super art. 63 et in Comp. 3 testis fol. 94 super artlo 96 et 7.
fol. 40 super artlo 29 et 12 fol. 240 super artlo 63 et 4 fol. 246 sus-
per artic. 63. Et 3 fol. 243 super eodem. et testis 15 fol. 251. et 17 fol.
257 et 16 fol. 254. et particulariter 3 testis Comp. supra relatus de-
ponit. in præ Ecclesia S. Andree ipsum videlicet librum prime Regule de
Officio istius Sancti. quod etiam deponit deus 7 testis Comp. super
29. Et tres existis hymnis in laudem Isidori compositi fuerunt com-
pulsati. & leguntur in Processu Comp. fol. 395 qui testes Comp. quam-
uis fuerint examinati coram Ordinario. et non repetiti in Remissoria-
li. quia iam erant defuncti. Atamen cum super illorum fide. lega

8

legalitate sine examinati alijs testes de illis deponentes, & statibus et
stibus Remissorialibus, & alijs administris, que ex superis resulant, vi-
detur illorum dictis maxime deferendum, prout est de iure, & infra-
probauimus in 3^e parte mirac. 3.
quibus accedit; quod nr̄is temporibus M̄r Ioannes Gutierrez Ordin.
Predicat. et Regius Concionator persona maxime qualificata. compo-
suit Officium proprium Serui Dei Isidori, et missam, prout adest in
Proc. Comp. fol. 519. et deponit testis Remissorialis 16 super xc ar-
ticulo fol. 115 et 118.

tem idem cultus defumitur exhibitus huic Seruo Dei Isidoro ex feli-
uitate, que singulis annis in illius honorem celebratur Matriti in d.
Ecclia S. Andree die Dominica in Albis, in qua Vespere, & Missa so-
lemniter decantantur, concioque in laudem istius Sancti publice habe-
tur, et ad hoc festum concurrit totus Populus, et hoc ab antiquo
ferè plusquam 200. ab hinc annis. Ut constat, ex quamplurimis testi-
bus in Remissoriali examinatis tam de risu suis temporibus, quam de'
auditu a maioribus, ac publica voce, & fama, cui generi probationis
quantum in antiquis deferendum sit, satis supra probauimus. & in spe-
cie deponunt in Remis. p^r super 57. fol. 68. 123. fol. 363. 127. fol. 364. 146.
fol. 404. 156. fol. 427. 157. fol. 452. Superart 143. 205. fol. 446. 155. fol. 519.
161. fol. 416. 159. fol. 459. 162. fol. 162. fol. 446. 166. fol. 460. 167. fol. 464.
175. fol. 479. 157. fol. 499. 159. fol. 505. 190. fol. 509. 191. fol. 513. 200. fol. 525.
201. fol. 532. 202. fol. 536. et 203. fol. 539. Quorum testium depositiones
& fama publica istius festivitatis roboantur ex statutis Confraternita-
tis in honorem istius Serui Dei in eadem Ecclia crebre quamplurimi s
ab hinc annis, de quibus infra suo loco dicimus, in quibus ordinatur is-
tud festum celebrari, et prout mos erat, que Statuta bis fuerunt stabilia.

nempe de anno 1487 et confirmata per Archiepum Toletanum Don
Iocm Silice: ultimo vero loco fuerunt renouata per Confratres de man-
dato Doctoris Castronovo de Figueroa Visitatoris eiusdem Archiepi-
scopatus de anno 1597. fueruntque approbata. et confirmata per bonum
Carlem Quirogam eiusdem Diocesis Archiepum que statuta continen-
tur in Compulsoriali fol. 416 & seq. Et quamvis de aliqua licentia Apo-
stolica expressa non doceatur. nec de Iure Epis. nec aliis preter Roma-
num Pontificem possint inducere. quod festum Scii non Canonizati per Pa-
pam celebretur iuxta Clos. magnam in c. Mie. & ibi Franc. n. 3. de Reliq.
& o'enerat. Sanct. in e. quamvis leuis sit in feste Sancti iam Canonizati.
Et sic intelligatur tex. in c. fin. de ser. eccl. inc. i. de consuetud. dist. 3. note
Augustinus Triumpl. de Potest. Eccles. q. 14. art. 2. et Castellan. in
tract. de Canon. Sanct. q. 3. pili vers. ad rectum. Nihilus cum bu-
tusmodi celebratio tantis ab hinc annis sit in consuetudine scientibus,
& videntibus Prelatis eiusdem Dioce: quin et approbantibus. et in
eo conuenient torus Populus. quamvis non possit negari. Hanc huius festi
celebrationem inducendam ad solum Pontificem spectare. cum verset
mur in Sancto non Canonizato. siveque illius confirmationem requiri. illa
inducitur ratio ex dei antiqua consuetudine. & omnino presumitur. cu
solenitas requisita etiam si sit Confirmatio Pontificalia per transcursum
xxx. annorum de iure presumatur. Ias. in l. sciendum n. 16. et 17. ff. de
verb. oblig. Alex. cons. 17. n. 89. lib. 4. Dec. cons. 409. n. 9. Gab. cons. 82.
n. 31. & seq. lib. 2. Moel. dec. 2. de transact. Rota diuers. dec. 179. n. 1. p.
2. Serapb. decis. 1080. & 1142. Maxim. cum iste titulus celebrationis
istius festiuitatis huic Sancto exhibitus in pntia deducatur ad illum finit
nempe. ut ex illo. & Populi deuotione in cali feste solemniter celebratio
inferatur ad Sanctitatem in genere tam magni Servi Dei.

Tum etiam idem cultus inferatur ex Confraternitate in ilius famuli Dei
bonorem erecta in eadem Ecclesia S. Andree a tempore immemorabili. ut de-
ponunt 2. Remittorialis iuxta 144. fol. 72. et 157. fol. 452. Et quod amul-
tis annis hinc fuerit fundata. deponunt in Rem. 127. super 57 fol. 364.
146. fol. 405. 123. fol. 353. 156. fol. 427. 189. fol. 505. et 190. fol. 509. Et
apparet ex Statutis ciudem Confraternitatis per Ordinarium appro-
batis. de quibus supra dictum est.

A idem facunt Capelle. et Eremitoria erecta in honorem istius Servi Dei
Isidori cum Altari. Et imagine eiusdem Sancti ibidem depicta tanquam
de Sancto cum splendoribus. Et Diadema. ibique missa celebrari solet.
et maximè constat ex Bulla Leonis ex de ecclesiensi onus Capellani ma-
ioris. Et aliarum Capelliarum sex in dñi Ecclesia S. Andree in honorem
Isidori. in cuius Narrativa Beatus vocatur. Et cum eadem narrativa rni-
fiuit. Et illa adest confirmatio Aplicia Pauli Tertii cum eadem Enunci-
atione de Beato. Et de istis Bullis constat in Comp. fol. 404. Item etiā
apparet de Eremitorio prope Oppidum de Madrid sito in loco. ubi fons
miraculosus intercessione istius Servi Dei. Et ipso in humanis agenti.
cum Virga arida terram percutienti diuinitus scaturivit. Ut infra cum
de miraculis tractabitur. latius agendum erit. ibidem namque Impera-
trix Donna Elisabetta Caroli V. uxoris edificauit istud Eremitorium
ad quod Populus frequentissimo concursu accedit tam pro impetrandis
gratijs a Deo. intercessione istius sui dilectissimi famuli. quam pro ba-
benda aqua istius fontis. illaque infirmis. Et grotantibus deferenda.
ut sanato recipiant. prout Scipio evavit. Et infra suo loco aliqua
miracula mediante ista aqua. Et invocatione Isidori paternitatem recensibi-
mus. Alia tria Eremitoria in ciudem Sci. bonorem erecta reperiun-
tur. unum in Civitate Toletana. aliud vero prope Oppidum de'

Burgos, et tertium prope locum de Cataquiz, omnibusque in eadem Diocesi
Toletani. Et ultra illa addunt duo alia Erenitoria eiusdem Sancti, alterum
in Diocesi Segobiensi, alterum vero in Campto dicto del Comendador Dioce-
sis Legionae de quibus omnibus deponunt testes in Rem super art 15.
nempe 16 fol 121. 17 fol 205 133 fol 375 134 fol 379 156 fol 407 et 168.
fol 460. Et alijs plures super eadem anno, et tradit Villegas in dicto libro -
Flos Sanctorum Extrauag. c' citatus Et de duobus ex predicatione adlunt
Visitationes per R. P. Fr. Dominicum de Mendoza Ord. Predicat. con-
missione R. m. Camilli Caetani Nuncij Aplici, de quibus in Compil.
fol 272. Et 276. 15
tem idem cultus huius Servi Dei exhibitus deprehenditur ex publicis pro-
cessionibus in sui honorem factis. Et que singulis annis sunt in Oppido
de Madrid: Una enim cum maxima solemnitate. Et concursu Populi
fit de' mensi May à dicta Ecclesia S. Andree usque ad supradictum Ere-
mitorum dei miraculosi fontis, in qua defertur Imago Iesuori cum ma-
ximo ornato. Et huius Processioni solet obuiam venire alia Processio
Confraternitatis eiusdem famuli Dei Iesuori Socii de Camaruel Alia
vero Processio fit in Octaua Corporis Christi, que ex ab eadem ecclie
sia S. Andree, in qua etiam eiusdem Sancti imago ante custodiam &
Sacramenti defertur Tertia vero Processio fit in die Assumptionis B.V.
MARIAE ab eadem Ecclesia Sancti Andree usque ad Ecclesiam innacio-
lare Virginis de Atocha cum delatione imaginis eiusdem Sancti an-
te imaginem B. Virginis, in quibus omnibus summa cum deuotione B.
Iesuori concurrerit fere totus Populus de Madrid demonstrando publico,
& palam deuotionem erga istum famulum Dei, Et qualiter illum San-
ctum reputant, ac pro sancto colunt, Et honorant, de quibus deponunt in
Rem, iuxta 46. testes p' fol 12. 3' fol 7c super 55 162 fol 446.

190 fol. 199. 202. fol. 236. 205 fol. 547. et 140. fol. 390.

I tem ad idem facit pulcher ornatus Sepulchri istius Serui Dei Isidori cum pluribus oblationibus. luminaribus. & lampadibus argenteis. que de-
notant Sanctitatem salem in genere istius famuli Dei. & devotionem Po-
puli erga illum. & cultum. quem ille Populus deuotissimo animo illi ex-
hibet. et de his deponunt in Rem. iuxta & interrog. testes 44. fol. 207.
45 fol. 212. 75 fol. 255. 50 fol. 262. 123 fol. 348. 124. fol. 454. et alij
plures super eodem interrog. et constat ex actu visitationis corporis
incorrupti S. Isidori. de quo infra 34^o p^e in p^o mireculo post mortem.
Et in eameum a Populo iste Seruus Dei habetur. & colitur. & in necessitatibus
& particulariter in tempore necessitatis succurrit. & defectus pluiae ad-
illum. accurrant. corpusque illius exerabant. et cum Processionibus so-
lemnibus adducant ad Ecclesiam S. Marie de Atocha. sive ad alias pro
pluiae impetranda. prout non semel. sed bis cœnat. quod intercessione isti
us Sancti antequam Processiones finirentur Miserator. & misericors Do-
minus pluiam abundanter misit in tempore maxime necessitatis. et val-
de sereno. ita ut nec signum expectare aq^e adesset. quod apud omnes
semper pro maximo miraculo intercessione istius Sancti reputatum fuit.
& deponunt de his in Rem. testes 99. iuxta 56 in ratificatione antique
depositionis fol. 299. 134. fol. 378. 165. fol. 455. super 21. 249. fol. 622.
Super 2^o. et de auditu a maioribus. ac publica voce. et fama deponunt in
codem remissionali 140. super 21. fol. 389. 146. fol. 403. 161. fol. 415. 156.
fol. 426. 175. fol. 478. et alij plures.

I tem adsum littere Indulgentiarum de tempore eiusdem Leonis & per qua-
plures S. R. E. Cardinales concessisse Ecclesie. sive Encyclopoedia supra rela-
to S. Isidori situ in termino Oppidi de Burgos. in quibus illum etiam Bea-
tum vocant. que littere habentur in Conf. fol. 403.

um et assunt concessiones Indulgentiarum facte die Ecclie S. Andree
in honorem istius famuli Dei Isidori per Paulum S. Gregorium Vii, et
allementem Vii de quibus apparet in comp fol. 86

Q uae ferre omnia in hoc 2^o arguento relata tendunt ad cultum publicum,
non nisi Sanctis debitum iuxta texrum in d^o cap t. & 2^o cum alijs sumi
adductis, ex quo cultu a Populo sic exhibito et maxime ex illo auferri
tate Pontificum delato insurgit fortissimum arguentium Sanctitatis ut
fuit ponderatum in Relatione S. Hiacynthi vers. et quamvis et nos nota-
vimus in Relatione B. Andreae Corsini p. 4. s. 1. vers. fuluper adeat.

Q uae omnia, et deducta superius in p^o arguento, eo maxime procedunt, quia
D E V S omnipotens. Et mirabilis in Sanctis suis, qui vnde salutem homi-
num non perdidisset illorum obsecrationem, et quod coluerint. Et venerati
fuerint communii aplausu, et devotione Scilicet Isidorum per tota secula,
nisi vere esset Sanctus, ut non semel maiores nostri adnotarunt in
Relatione Sancti Raymundi 2^o p^o art. 2^o in 6^o argum. vts. quod continu-
ara, Et in illa Sancti Hiacynthi in fin vers ceterum. Et nos diximus etiam
in Relatione B. Ignatij. in 5^o arguento Sanctitatis. Et in alijs.

Tertium argumentum Sanctitatis in generis elicetur ex incorruptione illi-
us Corporis. Et odore suauissimo ab illo procedente. Et per tot temporum
curricula persistuerant. Et quod hoc prebeat magnum signum Sanctitatis
apparebit clare ex infra suoloco dicendis, quando de isto miraculo agatur.

Quartum argumentum, et insigne Sanctitatis Servi Dei Isidori deprebendi-
tur ex familiaritate minibili, quam cum Angelis habebat, ut infra com-
probabitur, quando de miraculo Angelorum, qui illum contabantur, Et
insimil ad arandum adiuuabant, agemus. ex qua familiaritate elicetur
quoddam maximum argumentum sinceritatis. Et puritatis animi, ac sum-
me Sanctitatis istius famuli Dei Isidori, ut notauit sei. rec. Clemens

100

Vñj. in Ep̄la Canonizationis S. Raymundi bis verbis. Cum celestis
militie Angelo tanta erat ei familiaritas. & amicitia, quē maximum est pu-
ritatis. et Sanctimonie exemplum. ut ab eo frequenter ad orandum a som-
no excitaretur. Et fuit alnotarum in eiusdem B. Raymundi relatione p̄.
2^a art. 2. Vers. predictis omnibus accedebat. Et in Relatione Sancte Fran-
cise Romanæ p̄ 2 art. 14 de Angelo Seru Dei protectore.

Quintum argumentum eiusdem Sanctitatis. Et quidem maximi roboris de-
sumitur ex quamplurimis miraculis istius Servi Dei intercessione ab
Omnipotenti Deo operatis. de quibus infra suo loco particulariter agen-
dum erit; ex quibus tam in vita quam post mortem Isidori factis. cuius
dens signum deflumi oulet pro illius Sanctitate in genere comproban-
da. Et eo magis cum in Isidoro simul cum istis miraculis in vita Et post
mortem factis. concurrant openi non discrepantia ab illis. prout in casu
nro tunc vita illius consumpta appareat in diligendo Deum. in operibus
charitatis erga Deum. & proximum. quin et erga animalia. & in exer-
cicio aliarum virtutum. prout in discursu ipsius. Vitæ. Et huius Relatio-
nis facile erit cognoscere. Quibus accedit. quod in operatione istorum
miraculorum concurrerunt quamplures actus virtutum ipsam miracula
concomitantes. ut infra suo loco. cum de ipsis miraculis tractabatur. dic-
tur.

De Sanctitate Vita Famuli Dei Isidori

In Concilio Tridentino sess 6 cap. 7 Iustificatio appellatur Sanctificatione
renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae. Et donoru,
que sanctificatione. Et iustitia augetur. cum augmentur fides. spes. et caritas.
et teneatque virtutes ad tridita in eodem Concilio sess 6 cano xi. Vbi de-

gratia, et charitate fit mentio, quarum incrementum petit Sancta Ecclesia cum orat dicens. Da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, et S. Thomae 1.2^o et 2.2^o pluribus in locis accuratè disserit de gratijs, & virtutibus ac donis, quæ homini dum iustificatur infunduntur, et succalentibus meritis usque ad perfectam Sanctoritatem augentur. Quæ quidem virtutes in excellenti gradu, prout in canonizando requiritur, in B. Isidoro cum maximo incremento reperiuntur, ita ut merito censor debeant esse ex illo genere virtutum, quas D. Thomas 1.2^o q^o 61 art. 5 virtutes purgati animi appellat in his verba. Quædam sunt virtutes iam subsequentium diuinam similitudinem, quæ vocantur virtutes iam purgati animi scilicet quod Prudentia sola diuina intueatur. Temperantia terrenas cupiditates nesciat. Fortitudo passiones ignoret. Iustitia cum diuina mente perpetuo foedere societur, eam sc̄z imitando, quas quidem virtutes dicimus, esse Beatorum. vel aliorum in hac vita perfectissimorum. hec Sanctus Thomas.

Vt autem istis virtutibus in gradu predicho ornatum fuisse famulum Dei Isidorum demonstremus, inchoandum orationis fuit a tribus Theologalibus, nempe fidei, spei, et charitatis, et prius de fide agendum.

De excellentia Fidei B. Isidori.

Cum de Fide Sermonem aggrediamur, non merito distinctionem illius prettere licuisset, ideo ab illa incipiendo. & sequendo doctrinam D. Pauli ad Hebr. c. xi. quem sequitur D. Thomae 2.2. q^o 4. art. 1. & Magis Sententia in 3. distinet 25. fides est substantia spiculidarum rerum, argumentum non apparentium, et ut docet D. Thomae obi supra dicitur, argumentum, quia per illud inducitur intellectus ad inveniendum alicui veritatem. & per fidem

12

fidei firmiter, et absque olla hesitatione intellectus haberet his, quenos
bis sunt ab omnipotenti Deo reuelata propter solam Dei auctoritatem,
cui intellectum nostrum captiuamus. Illumque B. Isidorus ita Evangelio, et
sacris scripturis, vndeque ac sincere omniati fidei humiliter captiuauit.
vt firmissimo animo isti fidei semper adheserit, illamque semper in vita, et
in morte in excellenti gradu tenuerit, quod ex sequentibus apparebit.

Primò quia, ut supra probauimus, oriundus fuit Isidorus à parentibus bo-
nestis, Catholicis, et antiquis Christianis, et ab illis descendantiam habe-
tibus, et baptizatus ac confirmatus, et in fide Catholica educatus, illam
osque ad ultimum vitæ spiritum retinuit. Et pro tali Catholico Christiano
fuit habitus, dum videt, et usque in hodiernum diem communiter reputa-
tur. Quæ insimul unice, maximum argumentum inducunt fidei in B.
Isidoro ad tex. in c. venios de presb. non bapt. Castell. de Canonie q. 4
p. 12 v. 1. et per tex. Simonet in Relatione S. Francisci de Paula s. quod
si quis rectum ludex, et nos notauimus in Relatione B. Teresie 2. p. 1. art.
3. de excellencia fidei v. 1. et in Relatione B. Thomae de Villanova in
cap. de fidei v. 1. quod autem.

Secundo eiusdem fidei excellentia desumitur ex magnitudine charitatis
quam Seruus Dei Isidorus habuit non solum erga Deum, & proximum,
sed etiam erga animalia, ut infra, cum de illius charitate trahabimus, dis-
cetur. Giuxta D. Thom. 2. 2. q. 4. art. 3. Charitas est forma fidei, & per
illam actus fidei formatur, perficitur. Et ordinatur ad obiectum volume-
tis, quod est bonum, sicut ad finem. Et hoc bonum scilicet diuinum est pro-
prium obiectum Charitatis. Vnde non mirum si Charitas dicatur forma fi-
dei, & sic qui habet Charitatem dicatur habere fidem, cum habeat formam
illis.

Tertiò eiusdem fidei excellentia valet desumi ex magna in aduersis de-

Deo confidentia, et quod aduersitatum pondere depressus non succubuerit. Tunc enim fides augetur cum rebus aduersis quis tenacius non cedat, neque vacillat. Sed semper in Deo securam spem collocat, ut notat Sanctus Joann. Chrysost. tom. 4. orat. epist. 2. ad Tessalon. cap. 1. post prme. Et hoc eodem argumento ad hunc cundem effectum moti suuus in Relatione B. Ignat. p. 2. de Excellentia fidei vers. 5^a ex magna, & in dea Relatione B. Thomae ubi supra vers. tertium requisire. Quod et manifeste apparet, quia in aduersis non succumbere, sed animi tranquillitate, & fiducia in diuina misericordia spentre remedium, et consolationem est omnino credere, quod Deus solus potest nos a periculis, & aduersitatibus libempre, quod nemini ex firma fide procedit. Quod autem B. Isidorus in aduersitatibus istam firmam fidem habuerit in Deo probatur. Tum quia quando ad agros suos colendos summo mane suscepit, prius Ecclias visitabat ad Deum, & Deiparam Virginem MARIAM preces fundebat, ac orationi, & p*ro*p*ri*is exercitijs operam dabant, ita ut ad laborandum aliquantulum seruad agros accederet, quod vicini herero resulerunt, dicentes, quod Isidorus illius famulus nimis sero ad arandum se conferebat quod heros ergo animositiens, Isidorum hac de causa increpare cepit, qui humiliter, & modeste Patrono responsum dedit, quod ipsum fidditer tertiobat, sc*a* Regno Rege. Et Sanctorum Grege, et eorum scrutio nec velle, nec valere villacenus separari. Et quod si ex tarda accessione ad laborandum aliqua diminutio fructuum sequeretur, illam de suo proprio volebat herero resarcire iuxta iudicium vicinorum, sive que herum deprecatus fuit, quod in eo, quod militati suorum fructuum non derogabatur, nequaquam molestiam ullam sentiret. In qua persecutione, aduersitate, et domini increpatione, familiique Isidori responsione plures virtutes comprehenduntur nempe fiducia in Deo, ob cuius simulacrum, & scrutium tarde accedebat ad culturam agrorum, quin & per-

seuerantia in eodem seruicio Deo prestando. ex qua etim non desistendo
 à bono opere arguitur fides. ut in exemplo mulieris Cananei perseueran-
 tantis in sua petitione. donec obtinuit. teste D. Matthei cap. xxv. et dixi-
 mus in dñi Relatione B. Ignatij ubi supra vers. 4^o ex persecutaria. et
 B. Thome vers. 4^o Requilitum. Desumitur etiam ex eadem responsio-
 ne famuli Dei modestia in respondendo. & patientia qua persecutione.
 & increpationem substituit. et in tantum quod etiam iudicio vieniorū.
 & sic persequentium se submisit. Que omnia ita censisse firmant lo:
 Diaconus Villegas. Fr. Iacobus Bleda. Pr. Io: de Marieta. Io: Basilio Sá/
 clorum historijs. & locis supra citatis. et testes de publica voce. et sáma
 in Ram. 163. fol. 46. 170. fol. 478. 189. fol. 501. 191. fol. 510. 206. fol. 543.
 211. fol. 554. 212. fol. 552 omnes iuxta xcii. 16. fol. 114. 41. fol. 595. 43.
 fol. 202. 107. fol. 362. 157. fol. 430. et faciunt omnes testes infra alleg.
 in p^o. mirac' in vita

I cum Scrinus Dei quadam die in Ecclesia B. Magdalene orationi vaca-
 ret. quidam sujunctus repente ad ipsum accesserunt. recensentes. qualiter
 Lupus Asinam ipsum perseguebat. ita ut illam occidere curaret. quod
 nuncium nullatenus Isidori. quamvis pauperis. animum inquietauit. nec
 illum ab oratione desistere fecit. qui potius iuuenibus respondit. Ita in
 pace filij. fieri voluntas Dñi: et oratione ex post facto linica. exciens ab
 Ecclesia imunit Asinam liberam. et absque villa Lesione. Lupum vero prope
 illam iacentem mortuum. Res quidem mirabilis. quod cum audiuisset
 periculum sui animalis. cui occurseret potuisse personaliter accedens. non
 fecit. sed Dei voluntati omnia commisit. nec ab oratione. et bono opere
 destitit. que omnia multum ad comprobationem fidei faciunt. ut paulo
 superius diximus. et de hoc carentur historie supra relate. et par-
 ticulariter lo: Diaconus. Villegas. et alij.

Quarto ex bonis operibus, p̄sque, et spiritualibus exercitiis excellentia fidei probatur. Nam quanuus principaliter fides consistat in speculacione. Ut notat D. Thom. 2^a q̄ 9. art. 3. in quantum secundum inheret primae veritati. quia tamen veritas est ultimus finis. per quem operantur. sic ut fidis ad operationem se extendarat iuxta illud Pauli ad Galat. 4^a. fides per dilectionem operatur. et propterea optima fidei probatio ex bonis operibus desumitur. Vnde D. Iacobus in 2^a epist. dicit. Si fides non habet opera. mor tua est in semetipsa. ergo ex operationibus sanctis. non solum arguitur fides. sed fides vera. et nostri maiores notarunt in Relatione S. Caroli 2^a p̄. arg. 12. in princ. et in Relatione S. Francisci p̄ 2 art. 13. Quod autem famulus Dei Isidorus sancte et pie operatus fuerit. satis comprobatur ex discursu illius sancte vite. et ex progreſu istius Relationis.

Quinto eiusdem fidei excellentia, et magnitudo ex ynicia, et insigni argumen-
to dici valet, nempe extot miraculis, que tam in illius vita, quam post
illus felicissimum obitum Omnipotens Deus intercessione Serui Dei Iis-
dori operatus fuit, que' quidem sunt ferè innumerabilia, & plura ex illis
recensēbimus, & comprobata demonstrabimus, quando ad illius miracula
deueniemus, et quod miracula attribuantur fidei, notat Glos. magn. inc.
ynic. de reliq. et vener. Sanct. in 6. Aug. Triumph. de Poest. Eccles. q̄ 14.
ure 2. Castell. de Canoniz. in 5^o q̄ p̄li vers. 4^o adducitur Troil. in eod-
eract. & aggredior tex. n^o 6.

De Fumiflora Spe in Dea Sathri sui lat. non
sunt per se sunt in fidori que haec modis nomen habet.

DPaulus ad Hebr. 6. dicit. Habemus spem incidentem ad interiora vestrum
laminis

ut huc est incedere facientem ad beatitudinem celestem. ut Glos. expō
nit. unde S. Thom. 2. q^o 17 art. 2. et 4^o. Spem definiuit. qua homo à
Deo. & primario. et precipue auctore. eternam beatitudinem sperat. et ut
dicitur Proverb. 3. Habe fiduciam in Dño ex toto corde tuo. et ne inni-
caris prudentie tue. ex quo infertur. perfectam spem desumi ex perfe-
cto modo sperandi. qui consistit in duobus. quod scz sit in solo Deo. et
ex toto corde. Et ad hoc ut quis dicatur sperare in solo Deo. oportet ut so-
lum Deum speret tanquam finem. reliqua vero bona creatuā tantummodo
amer. & speret. quatenus sunt necessaria ad bonum aeternum consequendū.
& docet D. Thom. ibi supra dñi q^o 17 art. 4. Et ut ista spes sit perfecta.
debet quis illam habere magna cum securitate. et absque illa hesitatione.
et cum quadam certitudine excludente omnem timorem unum. et sollici-
tudinem superfluam. iuxta diuum Thom. ibi s. q^o 18 art. 4. et iuxta illud
Apost. ad Timor. 1. Scio cui credidi. et certus sum. quia potens est deposit-
tum meum seruare usque in illum diem. et ut legitur Matib. 6. cap. Cxi;
stus Apostolis suis dixit. Ne solliciti sis anima frē quid manducetis.
Quē omnia in seruo Dei Isidoro satis adunguem reperiuntur. munitumqz
semper fuissē quadam firmissima spe in Deo ex toto corde. et absque illa
hesitatione. nec sollicitudine superflua.

Quod demonstratur ex illo portentoso miraculo. quando accidens sero ad mā-
ducandum cum Confratribus portauit secum ferre xx. pauperes. et cum iā
Confratres manducassent. et tantummodo portionem Isidori seruassent.
illi dixerunt. ad quid tot pauperes adducet. cum nīl pro illis vlera
portionem sibi reseruaram. superfluerat: quibus Isidorus respondit. Illud.
quod mibi seruatum fuit. dignabitur Deus. & illis sufficiat. prout even-
tus docuit. quod illa sola portio ita fuit multiplicata. & omnes pauperes.
ipseqz Isidorus sufficienter manducauerint. & fragmenta non minima.

Supernuerint. ut latius infra suo loco dicemus. quando de' mīneulis in vi-
ta erit sermo. Ex quibus satis colligitur in Isidoro firmissima spes in solo
Deo ex toto corde. et absq; olla hesitatione. Et tanto maior apparet per-
fectio iustus spei. quanto res que sperabatur difficultior erit. nempe ex mi-
ca porroque tot personas alete per multiplicacionem diuinitus causatam. ut in
spe Abrab' Paul ad Róm 4 probat dicens. Qui contra spem in spe cres-
didit.
andem spem firmissimam habuisse Isidorum desumi licet ex alio miracu-
lo cuenter. quando ad ianuam ipsius domus post elemosynam pauperib;
elargiam. aliis pauperi accessit. illam ab Isidoro petendo. et cum nec panē. nec
pulmentum habore. ut pauperi cogaret. ab uxore quesitiisser. analiquid
in terra supereret. et illa constanter firmasset. nihil omnino remansisse.
mobilorum Isidorus motus misericordia. & munitus firmissima spe in solo
Deo o'xore enixa rogauit. ut insiperet denū. an aliquid in olla pul-
menti reperiret. que' marito obediens ad ollam accessit. illamque mirabili-
ter plenam pulmento inuenit. quo Pauper congrue repletus fuit. quod pro-
bant historie Io. Diae in Comp. fol. 291. Quint. fol. 307. Basil. fol. 358.
Villeg. fol. 363. Mariet. fol. 368. Sanch. fol. 371. Ortiz. fol. 368. et testes in
Rem. de publica voce. et fama super xi art. o'z 125. fol. 350. 140. fol.
388. 162. fol. 443. 164. fol. 450. 167. fol. 462. et 175. fol. 476. et alij plures.
Non minus hec eadem spes in Isidoro perfectissima deprebenditur ex illo mi-
rabili successu. de quo supradicto art. De excellentia fidei diximus. quando
vacabat omisione. et illi fuit nunciatum. Lupum inseguiri suam Alinam. quo
nuncio ab omisione non desistit. sed respondit. fuit voluntas Dei. et postea
Alinam quam Lupumq; mortuum iacentem inuenit. ubi spe in Deo. quod
Alinam a Lupo liberare. omisionem continuavit.

Eadem spes in B. Isidoro etiam desumi valer ex illo mitissimo responso.
quod

quod bero suo dedit, quando, ut supra diximus, in eodem anno de fidei
excellentia, increpatus ab illo, quod sero ad culturam accederet occupatus
in visitatione Ecclesiarum, et prius exercitiis, responsioni superius relate
addidit. Ego credo, quod propter deas pias occupationes nullum patieris
detrimentum, quasi confisus in Dño, quod etiam si tempus ad cultum
minucetur causa sue devotionis in predictis sanctis exercitiis, culturam
veniret diminuta. Sed potius in breui spatio temporis adiutorio diuino in
tegre coluisse quicquid a prima luce accedens colore valuerit, quod etiam
euenter docuit, cum repertus fuisset Angelus associatus, qui in cultura
adiuabant illum. Ut tamen tetigimus, et infra cum de hoc miraculo agetur,
dicemus, in qua occasione miraculosa cum Angelis ab bero deprehensus,
et ab illo interrogatus, qui nam essent ibi in illius adiutorio, respondit,
quod nomen vocabat in sui adiutorium, sed solum Deum habebat ad
iudicium, cui soli seruebat, et invocabat, quasi a Deo solo speraret adiu
torum in suis actionibus, et necessitatibus, prout in sacro probabimus in
fra, quando de isto miraculo, & de alijs in hoc capite tactis agemus.

Ad eandem spem perfectam in Isidoro cognoscendam non leue argumentum
deducitur ab operibus sanctis, que operatus fuit. Nemo enim videtur
posse pia, et magna opera facere absque magna spe iuxta illud p^r Corine
9. Debet in spe, qui arat, arare. Et qui triturat in spe fructus percipiendi.
Protout etiam eadem spes in Isidoro satis dilucidè demonstratur ex miracu
lis, que in illius vita, et ad illius intercessionem Deus operatus fuit, de
quibus infra suo loco dicemus, que absq^z fide, et spe firmissima in Deo
per iustos non operantur.

Protout etiam probatur ex patientia in ferendis aduersis, quam ex s^a addu
ctis apparer, satis Scrutum Dei Isidorum habuisse. Quod autem patientia
spem operatur, elicetur ex D^r Paulo ad Romanos 5^o Tribulacio operatur.

patientiam, patientia probationem, probatio spem. idem Apost. ad Roman. xij dicit. spe gaudentes in tribulatione patientes. ubi Ambros. dicit. quod de gaudio spei tolerat tribulationem. scimus. multo maiora esse. que pro his promissa sunt.

Eadem spes in B. Isidoro elicitur ex munia charitate, quam habuic erga Deum. et proximum iuxta illud Apost. 1. ad Corint. cap. 15. Charitas patiens est. benigna est. omnia credit. omnia spernit &c. Quod autem Isidorus hanc charitatem habuerit. facile apparabit ex dicendis paulo infra. cum de charitate illius sermonem facimus.

Charitas est virtus. qua Deum solum bonum diligimus propter ipsius bonitatem. reliqua autem omnia in ipsum. et propere in ipsum. siveque inter omnes virtutes principatum obtinet. estq; caritatis virtutum mater. D. Thom. 2. 24 qd. 23. art. 5. et 6. et hec virtus non solum restringitur ad amorem Dei. sed ad dilectionem proximi. et su. ratio dili-
gendi proximum est ipse Deus iuxta D. Thom. ubi super qd. 25 art. p.
Vnde preceptis Catalogi. legereque diuina debemus. Deum super omnia
amare. et proximum sicut nosmetipos. Et quod B. Isidorus haec princi-
pali virtute condecoratus fuerit. bene desumitur ex alijs virtutibus. qui
bus illum Deus ornauit. ut ex superiori adductis. et infra dictis ap-
paret. Nam cum charitas det formam actibus omnium aliarum virtu-
tum. & illae per ipsam ordinentur ad ultimum finem. namque summum bo-
num. siveque sit forma illarum iuxta D. Thom. ubi sup art. 5. Et cum
charitate relique virtutes riuiificantur iuxta Apost. Colonic cap. 3. ducere.

Super

Super omnia autem hec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.
et p^o ad Corinch. cap. i. finis autem precepti est Charitas. Vnde cum Seruus
Dei Isidorus tot alijs virtutibus fuerit praelitus, sequitur, habuisse vir-
tutem Charitatis.

Quod etiam probatur ex illa mente intenta, quam perseveranter Isidorus in
Deum habuit. ut fecerit nunquam ab illius praesentia, et diuina considerati-
one, ac oratione recesserit ad instar ardenter amantium, qui diu, noctuque
de persona dilecta fidetur, intensius cogitant, quod bene verificatur in Isi-
doro, qui orationi perseveranter vacabat, et antequam ad culturum aude-
ret, summo mane Ecclesias visitabat, missamque audiebat, et Deum in pri-
mis querebat: Quae omnia satis clara sunt indicia ardentissimi amoris
dei, quem erga Deum habebat. ex quo infertur ad Charitatem, quam ba-
bebat erga proximum, quia cum Deum summum bonum maximè diligeret,
necessariò dicendum est, et proximum dilexisse. ex amore enim erga Deum
oritur obseruancia preceptorum illius iux^t illud Ioan. cap. 4. Si quis dilig-
git me sermonem meum seruabit, Vnde cum preceptum divinum, et maxi-
mè à Deo commendatum sit, quod quis diligit proximum suum sicut se-
ipsum iux^t illud Matth. 22. sequitur, Isidorum hoc preceptum ad originem
seruasse, et dilexisse proximum sicut seipsum.

Quod etiam eluidit ex illa libenissima erogatione eleemosynarum, quibus
pauperes, quantum in se erit, succurrebat. ut referunt Ioan. Diac. in Comp.
fol. 291. Basil. fol. 358. Mariet. fol. 368. Ortiz. 358. Villeg. 363. Sanchez. fol.
371. quibus accedunt testes Rem^{los} 113. iux^t 8. fol. 329. et reliqui testes su-
pra in miraculo Ollé allegⁱ et 162. fol. 444. 164. fol. 450. et 200. fol. 527.
omnes Super dicit et ex superioris adductis, et infra dicendis constat.

Non minus ista virtus in Isidoro deprehendi valet ex illa singulari dilectio-
ne inimicorum, qua Deus illum ornauit, quæ pertinet ad perfectionem chari-

tatis. Ut tradit D.Thom. dñi que art 5. Ut videre est in illa responsione, quando incepatus ab heretico per relationem omnium, quod sero ad agriculturam accederet, eorum etiam iudicio se Isidorus submisit. Et demonstravit ipsius persecutores non solum odio non prosequi omnium et diligere, dum illos in Ludices eiusdem causae volebat.

E te non tantum erga proximum hanc virtutem Charitatem habuit Isidorus, quin et illam demonstravit erga animalia, nam cum tempore nimium ad molendinum iret cum sacco tritici, viderens columbas super arboribus stan-tes, et considerans, quod quia terra crux niueo cooperata, non haberent quid manducarent, charitate et pietate innotus, niuum a terra abstulerat ibi demque triticum pro istis columbis alendis sparsit, de quo a socio fuit incepatus. Nibilominus Deus omnipotens mirabiliter animum pietatem et charitatem Scrutii sui Isidori manifestare dignatus fuit. Nam cum almo-lendinum peruenisset, triticum adeo crevit, ut nullatenus cognosci posset diminutio causata in largitione tritici pro columbis alendis, quod patet ex historijs Io. Diac. in Compl. fol. 290. Quint. fol. 305. Basil. fol. 359. Viller. fol. 361. Mariet fol. 363. Sanch. fol. 371. Ortiz. fol. 388. quibus accedunt testes Rem. super xi anno, nempe 107 fol. 362. 140 fol. 387. 162. fol. 443. 164. fol. 449.

De quatuor Virtutibus Cardinalibus, antiquis

Prudentia. Iustitia. Fortitudo. et

Temperantia. cuiusdam usus.

C onsulendo D.Thom. e 2^a que 47 art 15 Prudentia, que primacum inter istas quatuor virtutes obtinet, et que ad bonum finem totius vita redire consiliatur, iudicat, et precipit, et istius est inuenire media virtutum.

moraliū. ipsa quæ ad communia omnium laudabilium actionum principia cognoscenda, et eorum circumstantias diuidicandas lucem subministrat, et hanc virtutem commendauit I E S V S Christus D. N. Discipulis suis, quando illos misit ad predicandum. dicens. Ecce ego mitto vos. sicut oues in medio luporum. citoce ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. Mathe. cap. x. Et hac prudentia Deus omnipotens ornauit seruum suum Isidorum, quod elicitur ex ceteris virtutibus. in quibus excelluit. Ut ex hoc vice illius. et eius Relationis discurso apparet, ad quarum virtutum assecuracionem cum medium uelut antric per conuenientem dispositionem, que propriæ est Prudentia iuxta D Thom. d. q. 47. art. 3 sequitur necessario B Isidorum istam diuinam Prudentiam habuisse.

Tum etiam quia re in definitione diximus. Prudentia ad bonum finem ratione consiliatur hoc idem hoc diuina virtute munitus fecit famulus Dei, qui cum ab incunab. etate Deo inservire constituisse. vice suæmodi mirabiliter. & prudenter disponit. Recordatus enim pene Adamo primo Parenti impietate à Deo propter peccatum. quod labore manuum suarum. & sudore vultus sui panem esset manducaturus. cogitansq; seipsū ab eodem parente descendere. decreuit quantum ad hoc illum imitari. & officium Agriculture elegit. in quo posset labore manuum suarum. et subdore vultus sui panem manducare. & utam hoc honesto. & laborioso exercitio sustentare. prout fecit. et in isto exercitio usque ad mortem prudenter perseverauit. cui laudabili consilio uiuendi adiunxit aliud non minus prudens. nempe distributionem temporis. & horarum. quatenus primas horas matutinas missæ audiende ecclesijs visitandis. et oratione canit. Deumq; querendo applicauit. reliquum vero tempus diei. culture designauit. Et quia pauper erat. uocemq; postq; duxerat. ut illam

et familiam honeste cum exercicio agriculturæ sustentare valeret, de-
creuit eisdam nobili eiusdem Oppidi de Madrid in agriculturu inscriui-
re, quod maxima cura, et fidelitate adimplere studuit, qui modus. Et
ordo vivendi, quem elegit pro bono sine, et directione sue vite, nimibili,
Et diuinæ Prudentie, qua Deus illum condecomuit attribuendum risu
fuit.

Iustitiam autem legalem, per quam omnium virtutum actus ad bonum com-
mune ordinantur iuxta D' Thom. 2^o q^e 58. art 5. et q^e 61 art 1. habuisse Isi-
dorum appetit ex illa ardenti, et immensa caritate, quam habuit erga De-
um, Et proximum, prout supra satis ostendimus. Et cum iuxta Apost. ad
Rom. 13. Plenitudo legis sit dilectio, necessariò dicendum est. Isidorum,
qui plurimum dilexit, exactè, et perfectè legalem iustitiam coluisse. Idem
et defensum vult ex nimia cura, qua Isidorus precepit diuina adimplere,
et transgressionem illorum abhorre ab iniunte etate cunuit, ita ut
lethalis culpa maculatum nec semel dici posset, quod satis suadet dis-
cursus totius illius vite in illo simplici. Et honesto agriculturæ exercitio
consumptus, et in amore ardenterissimo sui Creatoris, et in exercitijs pjs.
Et sanctis, ac in gratijs, et beneficijs, domisque à Summo Deo isti suo
Seruo collatis.

Considerata definitione Fortitudinis, que' animum in gnuibus, et maxi-
mis periculis firmat, et timorem cobibet, audaciam vero moderat iuxta D'
Thom. 2^o 2^o q^e 23. illam habuisse Isidorum clare colligitur ex perseuer-
tancia, qua ab incunabulis, in servitio Dei cum ingenti in dies incre-
mento usque ad mortem dumuit, quam perseverantiam vocat fortitu-
dinem D' Thom. 2^o q^e 139. art 1^o domumque Spīus Sancti. Quod autem
Isidorus habuerit ex toto vite illius cursu satis patet secutus moni-
tionem B' Petri Apostoli in p^r Canon. cap. 5 dicens. Vigilate quia.

ad-

aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circum querens quem deuoret. cui resistire fortis in fide. quem Isidorus bene agnoscens. & illius astutias semper vigilauit. illique se se' oppoluat. illiusque temptationibus ita fortiter in fide resticte. ut illum omnino deuicerit. mediancibus operibus charitatis. iustitiae. & Humilitatis. aliarumque virtutum. in quibus semper habiliter exercuit.

E tam Deus misericors Temperantie' virtute istum Seruum Isidorum munuit. que' virtus versatur circa delectationes moderandas. et sic concupiscentias bonorum sensibilium. et tristitias ex illorum absentia procedentes iuxta eundem D Thom & 2 q^e 141 art 3 presertim tunen consistit in moderatione' delectationum gustus. siveque' illi est annexa virtus abstinentie'. ieumij. et sobrietatis. de' quibus D Thom obi supra q^e 147 et 149 quam virtutem Isidorum coluisse' apparet maxime' ex motu. quo exercitium Culturæ pro ora sustentanda elegit. nempe' ut labore' manu' suarum. et sudore' oratus sui panem manducaret. ex quo non solum interfetur ad Prudentiam ut supra notauimus. sed etiam ad Temperantiam. qui eum proponebat in labore' et sudore' panem manducare. et ad hunc effectum exercitium culturæ eligebat. in illoque' perseverauit. certe quidem Temperantie' maximum signum prebuit. & animi moderandi delectationes etiam quoad gustum. quinet moderandi concupiscentias bonorum sensibilium. cum contentus fuerit paucis. et agriculturæ tantum nauerit. & seruicio beri. cui in eadem agricultura inseruebat. non autem quiescerit alia bona temporalia. nec ex illorum defectu tristitia in Servo Dei dignesci valuerit. et qui tantummodo agriculturæ attendebat. et seruicio beri. et in se erat pauper. non diues satis deprehenditur illius Temperantia in ciborum paritate. cum paupertas. et exercitium. cui incumbebat. non prestatet adicium ad aliquam intemperantiam in cibis. Maxime' cum

affuetus esset Seruus Dei de his, que pro se ipso alendo Deus illi superpedicabat. Pauperibus maxima cum liberalitate eleemosynam clargiri, quibus accedit obseruancia ieiuniorum ab Ecclesia inductorum. Ex quibus omnibus apparet quantum Seruus Dei Isidorus in quatuor virtutibus Cardinalibus precellens fuerit.

De alijs particularibus virtutibus Seruus Dei Isidori

Vltra virtutes Theologales, et Cardinales, quibus Deus Isidorus famulum suum condecoravit, coluit etiam ceteris virtutes. Fuit enim humilis, et paciens, prout satis elicitur ex superiori notatis. Fuit et modestus. Omissione deditus, et deuotioni, maximeque misericors principie erga pauperes, quibus eleemosynam alaci, et liberali animo assidue erogabat. Perseverantiam in bonis, et pijs exercitijs etiam habuit, nec unquam aliquo casu, ab illis destitit, qui semper in illis firmiter perseverauit. Tranquillum animum in aduersis scilicet exhibuit, et in voluntate diuina se ipsum, suasq; actiones. Omnia humilitate resignauit, ac omnia bona cum spiritualia, quae tempora ab Omnipotenti Deo semper recognovit, ac pro acceptis contnuo Deo gratias reddidit. Castitatem coniugalem semper coluit, et tandem cum egregius morti se propinquum agnoscet. Sacrosanctum Eucharisticum Sacramentum, precedenti humili Confessione, magna cum contritione, reverentia, et deuotione suscepit, et tandem suos domesticos monens ad perseverantium in seruicio Dei illum inuocans, illique ex coto conle, et cum humilitate commendans animam reddidit. Et ex hoc mundo ad celeste Regnum feliciter transiuit, ut omnia p[ro]ta ex historijs superioris relatibus satis apparent. Et de illius publica voc[em] & fama deponunt in

Bem.

Rem. 163. fol. 461. 170. fol. 468. 189. fol. 501. 191. fol. 510. 205. fol. 543.
211. fol. 554. 212. fol. 557. et alij plures sumi allegati.

TERTIVS ARTICVLVS

De Miraculis

Ad Canonizationem alicuius, compertum est ultra virtutes, in quibus
precedere debet, et ultra sanctitatem vice requiri miracula Canonizan-
di intercessione a Deo omnipotenti facta iuxta ritum S. R. E. et Sacre
Canonum dispositionem, ut probat tex. et ibi DD. in c. 1. de Reliq.
& Venerat. Sanct. et Gloss communiter approbata vers. Sedis Aplice
in c. 1. eod. tit. in 6. Hostien. in d. c. 1. vers. oportet etiam. et ibi Ioann.
And. n. 4. idem Host. in tit. de Reliq. & Venerat. Sanct. n. 3. vers item
quocundum est de miraculis. Siluest. in Summ. in verbo Canonizatio n. 1.
q. 2. vers. inquiritur etiam Troil. Maluet tract. de Canoniz. Sanct. dub.
3. n. 1. et seq. et n. 13. vers. sed dico. et Castellan. in eodem tract. q. 4.
foli. et 9. Pauin. super Canonizat. B. Bonnentur. p. 3. art. 8. et 9. Et
scipius in Canonizatione aliorum Sanctorum ita tenuerunt maiores nostri.
Et quamvis ad hunc effectum nec precise requirantur, nec de per se suffici-
ant miracula in vita. ut docet D. Thom. 2. 2. q. 178. art. 2. in corpore art.
vers. 2. autem modo. et Pauin. ubi supra p. 3. et 3. Callan. in Catalog.
Glor. Mund. p. 3. consider. so. quam opinionem secuta est Relatio Sancti
Hiacynthi cap. 3. vers. quibus addimus. Et S. Raymundi p. 2. art. 1. vers.
nos licet. et aliis Relationes. et ipsissimae ea ratione. quia quandoque Deus
mediobominum peccatorum facit vera miracula ad tex. in c. teneamus; ubi

Archid. n^o 3. Bellam. n^o 2. Turrearem. n^o 1. i.^o q^e q^t Hest. et alij in d^o.
cap. i. de Reliq. & vener. Sanct. Aret. in c. orationibus n^o 2 de testibus.
Si tamen syna cum miraculis in vita, concurrunt etiam alia post mortem
multum conferunt ad Canonizationem, cum post mortem non nisi San-
cti faciant miracula ut sentit S. Thom. ubi s^t nec in mortuis dentur
illusiones, nec in ipsis verificari valeat Concl. sup^a. Quod per Peccati-
tores miracula fiant, que non nisi peccatoribus videntibus applicari
potest.

um autem in casu nostro Deus Omnipotens hunc agricolam humilem
seruum suum Isidorum tot tantisque virtutibus ornauerit, illumque in-
genii amore aliuno prosecutus fuerit, quin et cor illius eodem amore in-
flammauerit inter alia dona in illum collata ipsi etiam dedit operationem
miraculorum, ita ut etiam in vita medio istius famuli sui dilecti portentosa
miracula openiri dignatus fuerit, ut agricolam humilem, quem ad
Ciuem celestem in Curia, et Regno suo elegens etiam in hoc saeculo
degenteem honoribus ingentibus illustraret, signaque notissima sue
Sanctitatis vniuerso mundo preberet, et ex tunc pro Sancto reputari in-
ciperet. Et sic cum habeamus quamplurima miracula patrata post mortem
Isidori, pluraque in illius vita etiam facta omnia simul (maxime adeo
illustria) non est dubium quantum conducant ad Sanctitatem istius
Serui Dei ciunciandam, et ad illius Canonizationem facilis, lucido-
ribusque argumentis disponendam. Vnde ut ad aliquis ex illis deuenia-
mus p^o de miraculis in vita factis sermonem faciemus, postea vero ad
illa, que post illius felicem obitum Deus invocatione Serui sui Isidori
openiri dignatus est. Verba dirigamus, non omitendo in primis aliquid
circa probationem miraculorum in genere istius Serui Dei.

De

DE MIRACVLIS

In Generisq[ue] uerba uenientia multa

Non abs re Maiores nostri in Relationibus Sanctorum hoc in loco dis-
putare afferuerunt. quid sit Miraculum. et quatuor illius requisita.
& duos gradus iuxta sententiam Canonistarum. tres vero iuxta sen-
sum Theologorum Miraculorum assignare. et an illorum operatio de-
beat esse instantanea. an vero ex interuallo causata a miraculo ali-
quid detribuit. et quomodo miracula probentur per indirectam pro-
bationem. cum directa per vera principia. & causas probari non va-
leant. sed quia in tractatibus de Canonizatione. et in superius Rela-
tionibus. & ultimo loco late notauiimus in illa B. Corsini. & in alia
Serui Dei Thomae de Villanova Archiepi Valentini. quod omnes per
manus deferuntur. duximus nunc in hoc Articulo. ne nouum tracta-
tum facere videremur. has disputationes consulto omittere. cum fas-
cile sit. cuiquam illarum discussionem adamussum legere cupienti ad
dictas Relationes. et Tractatus occurrere.

Quibus sic constitutis. vel potius breuitati consulendo omississis demi-
raculis in genere B. Isidori satis constat ex historijs. de quibus su-
pra. et ex quamplurimis testibus examinatis in Rem super art. i. c.
& 54. qui laruissime deponunt aliqui de certa scientia. alij vero de
auditu. publica rore. et fama. ac communi opinione. quod intercessio-
ne famuli Dei Isidori plures ceci illuminati fuerint. & claudi ambu-
lauerint. Surili audierint. et alij quamplures a diuersis infirmitatib[us]
ac periculis fuerine liberati. que omnia longum esset recensere. Un-
de visum fuit nobis in genere satis probari. B. Isidori intercessione

quamplurima mirecula à D E O omnipotenti operata fuisse. ex
quibus nos aliqua speciali nota digna adnotauimus. ad que' in spe-
cie deueniendum duximus. Et in primis uero polliciti fuimus de'mira-
culis in vita agere.

De Miraculis in Vita. summaq[ue] ruror
moralis est in miraculis. multorum. etiam uolumen.

Multoq[ue] magis **P**rimum Miraculum. multorum. Tunc
De Angelis in aliis cum duplicitate cum alborum
et in Agriculture in Isidore quod adiuuancibus aduertit hunc

et in aliis quod adiuuancibus adiuuancibus aduertit hunc

Cum dilectus Dei Seruus Isidorus. ut supra diximus antequam ad
Agriculturam accederet. partem matutinam dici in oratione eccle-
siarum. Et in audienda re sacra. de in oratione. et in Regno Dei que'
rendo consumaret. sequitur ad agrum ornaret. et ex eo a deo accusatus.
et ab heros increpatus fuisset. solensq[ue] ipse berus experimentum sume-
re de predictis. que de seruo suo audierat: quadam die surrexit. et se
contulit non longe ab agro per Isidorum colendo. ibique in abscondito
expechauit donec Isidorus valde sero ad agrum accessit. sieque berus
pro certo habuit quicquid oricini sibi a Isidoro retulerint. Et in mo-
tuus iter cepit eiva Isidorum. in quo omnipotens Deus. cui sincero cor
de inscruebat illius innocentiam. Sanctitatem vero iracundia pleno mi-
rabiliter demonstrare dignatus fuit. luciens. berum proprijs oculis ride-
re Isidorum amantem. et duos iuuenes in vestibus albis cum dupli-
citate alborum illi adiuorantes: qua visione berus obstupeuit. et per-
territus. qualis namque fuisset ista visio cogitabat. et mente confusa
peruoluebat. nibilominus uelerius progrediendo visionem amplius

non vidiit. et ad Isidorum accedens, illum percunctatus fuit, qui nā
essent, qui paulo ante insimul cum ipso ambabant, cui Seruus Dei bu-
nulter respondit. Ante conspectum Dei, cui pro posse meo seruo, vo-
bis pando fideliter, quod in hac agricultura nec vocauit, nec vidi ad-
iutorem, nisi solum Deum, quem inuoco, et in imploro, & semper habeo ad-
iutorem. Tunc herus compunctus corde super his, que' viderat, ac ce-
litus illustratus cognouit, diuinam gratiam in Dei famulo inhabitare.
Vnde' in recessu nouissimo dixit ei. Quicquid mihi dicendum est ab adu-
latoribus, vel susurribus vilipendo, et quicquid in hoc rure possi-
deo, sub tua potestate constituo, ac etiam quecumque facienda sunt.
liberè tuo arbitrio committo, et domum rediens, quod sibi contigerat,
multis propalauit.

Hoc factum probatur ex historijs superioris relatibus, et maxime ex libro
antiquissimo Io: Dia: de vita B: Isidori in Proc Comp^l. fol. 290 et Pe-
tri de Quintana fol. 506 et Ioannis Basili^l fol. 357 et Alphonsi de
Villeg. fol. 361. Pris Ioannis de Marieta fol. 561 Pris Fr: Iacobi de Blé-
da fol. 371 Fr: Francisci Ortiz fol. 387 et Pris Petri Sanchez Societa-
tis Iesu fol. 370. Lupi de Vega fol. 52. Cant. 3. in Comp^l. fol. 382. quibus
accedunt testes Rem.^{le} 2^o super xc. art. fol. 71. 43. super xc. fol. 207. 44.
super codem fol. 209. et testis 127. super xi. art. fol. 362. et testis 167.
super cod art. fol. 141. cum alijs quampluribus, qui omnes istud factū
firmant ex traditione' maiorum, et de' auditu ab illis, ac de' publica vo-
ce, et fama, et communī opinione, et plures assertunt. Seruum Dei Isido-
rum cum predictis Angelis, et duplice pari boum alborum lepingi as-
sueuisse, ex quibus omnibus insimul primum factum probari nobis visu
fuit, nam certum est, versari in antiquissimis plusquam a 450. abbine
annis, sicquē sufficeret probationes desumptas exhibitorijs, et testibus.

de publica voce. et fama. ut latè supra iuribus. et auctoritatibus probauimus in cap de Sanctitate Isidori in genere in p^o argumento.
Q uod sic probationibus sufficientibus firmatum iudicauimus miraculū.
ac intuitu Serui Dei Isidori. et illius amore à Deo omnipotenti operatum. ut illius Servus dilectus adiutorio angelico restauraret in agri cultura tempus maturinum in servitio Dei. et missa audienda. alijq; p^os ex exercitijs consumptum. et ut Isidori puri & sinceri famuli D E I innocentia per hunc dignoscetur. Sanctitasq; illius etiam viventis manifestaretur. vnde licet non sit extra syberum angelice nature assumere corpus apparet. namen quando talis assumptio fit ad aliquem Sanctum effectum. prout in nostro casu. ut patet ex supradictis. tunc sit virtute diuina. et talis actus ad dictum effectum superat vires nature Angelice. et sic omnino ad miraculum referendus est. S. August. in libro de Trinit. c. s. Sanctus Thom. p^o r. q^o los art. et ibi Dominic. Bañes & ratione miraculi. vers. miraculum est.

II. Miraculum in Vita

Q uod Simplici portione Celi Isidoro gesellanae suavitatis multiplicata. fuit Isidoro. ex pluribus Pauperibus cum co*ntrovua* eius non solum sufficeret. Sed pro alijs ebandi & supereret. quod

Vir Dei **Isidorus** dum vnueret. fuit Confrater cuiusdam Confraternitatis in Oppido de Madrid. in qua assueuerant Confratres aliquando simul manducare. et cum quodam die ad istud prandium conuenissent. et Isidorus in Ecclesia orationi vocans moram fecisset. sero quin et prandio finito. ad manducandum accessit. secumque adduxit plures paupers.

quos

quos ceteri Confratres cum videnter Isidorum, sic locuti fuerunt.
 Miramur tui, quod prandio linito, et tua tantummodo portione reser-
 uata, tot pauperes adduxeris, quibus nihil quod erogari valeat, super-
 rauit! Isidorus autem spe, et fide firmissima in Deum, maximaque'
 cum humilitate Confratribus respondit. Ne molestia afficiamini,
 quod quicquid nobis datum fuerit in nomine Dñi, inter omnes distribu-
 tur. Vnde Seruitores accesserunt ad urnam, in qua portionem Isidororū
 seruauerunt, illamque plenam pulmento repererunt, quod ipsos in ma-
 gnā admirationē traxit, miraculumque esse cognoverunt, et subi-
 to dñi pulmentum inter Isidorum, et pauperes diuiserunt. Uniuersi
 sufficientem portionem dantes, ita quod ad saturitatem manducarunt,
 quibus refecti, in urna pro alijs pauperibus non minima pars cibi super-
 aut, quod ceteri Confratres videntes, miruculo retulerunt, et Isidorum,
 pro Sancto acclamarunt, ipse oratio gratias Deo relatis pro tanto benefi-
 cio, in Ecclesiam B. Magdalene se contulit. Vbi in omitione stetit non
 per paruum temporis spatium.

Uod factum probant historie in proximo precedenti miraculo relate, et
 testes, in Remissoriā 44 super 13. Interrog. fol. 209. et testis 159. super
 xi. art. fol. 92. et testis 140. super eod. art. fol. 355. et testis 162. fol. 444.
 et testis 164. fol. 450. et testis 166. super dñi art. xi. fol. 459. et quamplu-
 res alijs super eod. qrt. deponentes de auditu à maiori bus, de traditione,
 ac de publica voce, et fama, et communī reputacione, quin etiam sermant,
 in eadem Confraternitate quolibet anno quando ad prandium conueniunt, de
 hoc miraculo fieri commemorationem, et dñs testis 159. firmat, sic audi-
 usse his in diebus conuentus, quibus interfuit in dñi Confraternitate. Ex
 quibus illud sufficenter probatum duximus historias ipsius, accessivus de
 publica voce, et fama, cum versemur in antiquissimis, et intret dispositio

Iuris, de qua in superiori miraculo, et in c. de Sanctitate Isidori in
generi mentionem fecimus.
Eriam censumus meritò istud factum sic probatum ad miraculum maximum esse, referendum operatum per Deum omni potenterius, et firmo
ma fide. Et spe Serui sui Isidori in ipsum Deum collati, quin et primum
guidum ure' meriti; in illius enim facti substantia excedit omni potestia,
omnique facultatem totius naturae creare nunc D. Thom. Sintiam p. 1. q. 32.
art. 5. in response ad 1. à quo non dissentit Bañes ibi dubio & cond. +
et illi expressè assentit Valentia in suis Comment. tom i. disp 7. q. 5. punct.
& obiect 5. humi pulmenti multiplicatio fiat secundum probabilior
sententiam per creationem noue materie, qui pulmento informata, ex
preexistente pulmento addita, illud multiplicatur, qui modus multipli-
candi istam materiam omnino in sua substantia excedit, ut res tenuis
tute creare, et sic merito primam gradum miraculorum obtinet. Ut etiam
notauimus hanc sententiam secuti in Relatione B. Therese art. 2. in p.
miraculo. Vbi responderetur ad aliam opinionem, quam refert Bañes ubi
s' neimp' quod ista multiplicatio non fiat à Deo per creationem noue ma-
terie, sed per additionem alterius materie iam creare eiusdem speciei,
itaue illam separare ab alio corpore sit necesse, et huic pulmento ad-
iungere cum alterius corporis, à quo subenbitur corruptione. Respon-
sum fuit enim sufficere contrariam sententiam, quam ibi doceti sumus,
et nunc firmamus, probabilem esse teste D. Thoma vbi supra, et alijs
iam relatis cum seqq.



Terram Miraculam in Vita

De Miraculoso Fonte reperiit istu in terra Carida

Cum quadam die de tempore astatis herus Isidori ad illum amicem accessisset. et magna siti fatigatus. quesivit ab Isidoro ubi nam aqua reperire valeret profici mitiganda. cui Isidorus manus signavit locam. ubi aquam inuenire posset. ad quem herus se contulit. aqua tamen non reperta. iterum ad Isidorum reversus. conquestusque quam in dicto loco non repererat. Isidorus illum associans perrexit ad montem vicinum. satisque preheminente. in quo nec aqua. nec signum illius apparebat. quin potius terra secca. Carida. quam tuire Isidorus stimulo. quem in manibus gestabat. percussit. dicens. Quando Dei voluntas erat. hic aqua aderat. Et inconveniente fons aquae riuix scaturivit. quia herus recreari valuit. et ab illo die usque in hodiernum iste fons semper emanat. nec temporibus siccitatis unquam exsiccarus fuit. Et huiusmodi fontis aqua tanquam miraculosa plures ergi a suis infirmitatibus diuinitus fuerunt liberati. ut infra. suo loco dicimus. quia et in loco fontis heremitorum in honorem B. Isidori fuit erectum. et per Donnam Elisabetham Imperatricem fuit illustratum ut in de Sancto Isidoro in genere arguimus. Et ad hoc heremitorum. illiusque miraculosum fontem concurio Incole Madriti concurrunt deuotionis causa.

Probatones facti supra deservint exhibitoris superioris relatris maxime ex Villegas. Pereda. Ortiz. Et Iupo de Vega locis supracitatis

Et ex Don Sanctio de Aula Epⁱ Iac^{en} in libro intitulato De' gener.
Reliq. Sanct. et S^{mi} Sacramenti. Accedunt etiam testes super art: xi.
in Rem. de publica voce. et fama. et precipue testis 153. Super xi. art.
in Rem. fol. 373 et testis 156. fol. 426. testis 162. fol. 444. testis 134.
fol. 377. et testis 39. Super si. interrog. fol. 188. Et complures alijs su-
per codem arlo. Et ut sepius diximus isti testes de publica voce; et
fama. et historie probant in casu nostro ita antiquo.

E xx. quibus censuimus. huiusmodi factum ad maximum miraculum
per Deum omnipotentem intuitu. et gratia sui dilecti famuli Isidori.
operatum referendum esse. siquidem locus. in quo ille fons effluxit. eme-
mons emines. in quo nec signum aliquod aquae apparet. quin tantum
terra sitca. et arida. et repente ieci Isidori. et cum primum dixit. Quan-
do Deus volebat hic aqua aderat. scaturiuit. aquaque exiuit in magna
quantitate. que nique in hodiernum dicem emanan. que omnia videtur
excedere vires naturae creatae. non quantum ad substantiam facti. cum
necum possit fontes. et aquas a visceribus terre scaturire facere. illasq;
discooperire. Attamen in monte alto. et eminenti. et ad unicum adiu
alicuius hominis. Et repente hoc videtur. viros. Nature excedere. et
superare non in eo. quod sic. sed in eo in quo fit. et in modo quo factum
est. nempe reporte. et solo predicto ieci Serui Dei absque eo. quod
tempus aliquod fuerit consumptum in fouendo terram. Et aquam que-
rendo. Unde istud Miraculum ad 2^o et 3^o. gradum referendum
duximus.



De'

De Miraculis post mortem.

Primum Miraculum quod in operum omniis

De mirabili incorruptione Corporis famuli Dei Isidori
in mysticaque fragilitate ex illo procedente.

Deus. et D. N. qui est mirabilis in Sanctis suis. mirabilisq; in scri-
uo suo Isidoro illius Sanctitatem non solum dum vivet. mundo
demonstrare dignatus fuit miraculis in vita illius diuinitus inter-
cessione. intuitu. & oratione eiusdem Sancti operis. ut supra diximus.
Verum etiam post felicissimum serui sui obitum. transiunque ab hoc
mundo ad celestia Regna. eandem Sanctitatem quamplurimi miracu-
lis intercessione eiusdem Sancti patutis. nobis manifestauit. &
ipsam Deo laus. Sanctoque Isidoro gloria. nobis exemplum ad uni-
tendum. illiusque Sanctitatem insequendam esset. Inter que illud est
maxima admittitione dignum. quod post Isidori obitum illius corpus ex
sui natum putrefactioni subiectum. incorruptum reseruavit. illudque
per tot secula usque in pitem dicat. et sic per 447 annos conseruauit.
cum quodam suauissimo odore. qui semper ex illo efflauit. & clare
omnibus daret intelligi. qualiter. quantoque amore famulum suum pro-
sequitur. et quot premissis. et genitis famularum ex corde sibi a seruo suo
libenter exhibitum remunerat. Et quia cum hoc miraculo incorruptionis
& fragilitate plura alia concurrunt nullatenus omittenda. ideo ne in-
taecum aliquid relinquamus. & ordinatè procedatur. prius de sepulture
cui B. Isidorus post illius obitum cruditus fuit. et de tempore quo in illa

permansit. Et qualiter Populus ad illius exhumationem fuit permis-
tus. Et quae miracula in ipsa exhumatione euenerunt. et qualiter corpus
Isidori fuit repertum incorruptum. Et odoriferum. Et quomodo ex tunc
ad nra temporis sic permanescit. agendum duimus

P ostquam Seruus Dei Isidorus mortis necessitati satisfecit. et ab hoc
mundo migravit. quia in vita humilis agricola. et pauper fuerat. et in ista
paupertate decelit. fuit cum eadem humilitate. qua semper vixit. sepul-
tum illi assignata. non sumptuosa. et celebris. nec maxima architectura
fabricata. nec in aliqua insigni Ecclesia electa. sed in quodam cemiterio
extra Ecclesiam S. Andreae. in quo de more non potentes. nec diuites. sed
pauperes. et humiles sepelliri solent. ibique per xl annos requieuit. Et
quamvis dum in humanis egit ex superioris adductis pro Sancto fuit repu-
tatus. nibilominus. quia agricola et pauper illius memoria de facili reces-
sit a Populo. obliuionique fuit tradita. et forsitan ad eiusdem Sancti ma-
joren gloriam. et exaltationem. quia cum D. O. M. illum in Populo
iam obliuioni commissum orderet. dignatus fuit ab ista obliuione illum
suscitare. et in Populo illius memoriam renouare de tempore. quo xxxxx
anni transierunt ab illius obitu. siue voluntate divina idem Isidorus
quodam nocte cuidam illius amico. Et non parum deuoto in somnis appa-
ruit. ab illoque petiit. ut curaret. quod corpus suum in Cemiterio collo-
catum exhumaretur. Et iitus Ecclesiam in honesta sepultura collocare-
tur. qui tamen amicus huic admonitioni fidem non adhibens. illam pa-
tifacere reculauit. et ut euentus docuit. ex tunc in grauem morbum
incidit. a quo donec translatio Corporis B. Isidorus fuit facta non san-
uit. qua de causa idem Isidorus cognoscens deuotionem feminæ sexus.
in somnis iterum cuidam deuote matrone apparuit. ab illaque idem qual-
prius ab amico efflagitauit. que Populo patet fecit apparitionem. et desi-

derium B. Isidori. Populusque illico cunuit. Isidori voluntatem adim-
pleret. et onlinarunt qualiter illius corpus exhumarent. et illius in Eccl-
esiā S. Andreæ translationem. ad quem effectum Clerus. et Populus sum-
ma eum deuotione. Et solennitate processionaliter ad sepulturam Isido-
ri accesserant. que ut diximus in dō Cemiterio sita erat. temporum in-
uirijs subiecta. et in qua pluuiarum tempore riuus aque superfluens
irruens terræ faciem sepulturæ foueam intrinbat. ex quo quidem fa-
cilius aditus dari corruptioni clarum est. cumq[ue] iam sepulture appropi-
quassent. illam fodere ceperunt usq[ue] dum preciosum corpus repenerunt rela-
minibus uniolatum. ipsumq[ue] incorruptum. et ex illo quendam suauissimū
odorēt. omnino dissimilem quibuscumq[ue] humanis aromatibus procedente
gustarunt. relaminaque p[ro]ta intacit. Et nullatenus lesa inuenientur. et be-
aristimum corpus extende extinxerunt. ac summa venatione. et deuoti-
one illud intus Ecclesiā S. Andreæ in Capella maiori. Et honorifico Se-
pulchro collocarunt. Et dum ista translatio corporis Isidori fiebat. celū.
et terreni letitiae signa non leuia dederunt operacione plurimorum prodi-
giorum. Et municulorum cum perauigata inuentione corporis istius San-
cti Odoniferi. ac incorrupti. Et fama illius Sanctitatis plures paupers ce-
ci. Sandi. claudi. et alijs ourijs infirmitatibus affecti accesserunt. Et pulue-
re eiusdem sepulchrū suis infirmitatibus adhibito. ab illis continuo libe-
rabantur. quis et cymbala. et campanæ omnium Ecclesiarum Madriti
in signum exultationis à se ipsis sonare ceperunt.

De orientate istius facti restantur histrio. et superius relate maxime Io. Diac.
in Comp. fol. 292. Quintani in Comp. fol. 303 Basiliij Sandorum in Comp.
fol. 359 Villegas in Comp. fol. 363 Mariet in Comp. fol. 369 Fr. Jacobij
Bleda in Comp. fol. 392. Lupi de Vega Cant. x. in Comp. fol. 382 idem
firmane Testes de publica voce. Et fama quoad temporis antiqua in Rem.

super 13. 14 et 15. artis. Et in specie testis 166 fol. 425. & seq. et testis
164. fol. 450. et testis 167. fol. 455. et testis 168. fol. 459. et testis
206. fol. 455. cum alijs pluribus super eisdem artis. et testes Rem. super
arbo si. deponentes de incorruptione. & odore corporis Senii Dei Isido-
ri. usque ad hanc vitam tempora plures ab ipsius deponunt. nempe testis 128.
fol. 353. et testis 135. fol. 375. et testis 140. fol. 390. et testis 108. fol. 457.
et testis 166. fol. 460. et testis 191. fol. 513. & testis 201. fol. 532. Quibus
plures alij testes concordant.

Quoniam dicta. et depositiones omnino verae deprehenduntur. & compribantur
ex cōsūmatione predicti Corporis Sancti facta de Commissione nostra per
Illū. & R. Bernarum de Rojas S. R. E. Pr̄b̄m Cardinalēm cu-
tuli S. Anastasie Archic̄p̄m Toletan̄. & per R. Fr. Don Franciscū
de Soza Ep̄m Canarien̄ Regū Consilij in supremo S. Inquisitionis.
& D. Don Ioannem de Oces Protonot̄m Aplicū. & Canonicū
Eccl̄ie Carthaginē Iudices Remissoriales ad effectum istius visitati-
onis per nos deputatos. & cum Francisco de Salredo Notario Aplico.
et cum interuentu Doct̄o Ioannis de Artenza. & Ioannis de Artenza.
& Ioannis de Negrete dela Calle Medicinae professorum. et D. Qui-
aci de Orfes Medici. ac Chirurgi. et in presentia R. D Antonij Caen-
tani Nuncij Aplici in illis partibus. ac Illū. et Excc. D. Don Ioannis
Hurtado de Mendoza Ducis dell' Infantado. et D. Don Roderici
de Castro. et Bobadilla Consilij Regū in supremo S. Inquisitionis.
& Illū. D. Don Francisci delos Cobos Marchionis de Camarisa. &
D. Doctoris Guimeraz de Setina Vicarij Guialis Oppidi de Madrid.
nec non D. Petri de Guzman Gubernatoris eiusdem Oppidi. & Fran-
cisci Salgadi Secretarij. & D. Cardinalis. et Sancte Inquisitionis. nec
non cum assistentia Doctoris Vincentij de Ayala Salazar Curati S.

mari. 8

96

Mariæ, & Abbatis Capituli Clerici eiusdem Oppidi, & Magistri
Alphonsi Franco Parochi de' Ecclesie S. Andree, et presentibus DD.
Didaco de' Urbina, & Ioanne Gonzales de' Adzunia, Cipriano de'
Salazar, et Laurentio Lopez del Castillo Recloribus dñi Oppidi de'
Madrid. Nec non Procuratoribus Maiestatis Catholicæ ad banc
causam, insimulque quamplures alij, qui ad hanc visitationem con-
uenierunt, quæ quanta cum diligentia, solennitate, et circumspectio-
ne facta fuerit, tenor illius in actis deducere oportet docet, & ut om-
nibus patet. Et de veritate istius insignis miraculi, opportunum
duximus p̄c visitationis tenorem de verbo ad verbum hic inser-
re, prout sequitur.

In nomine Domini Amen. In oppido Madriti Toletanæ Diocesis, i men-
sis Martij anni 1615. Illus D. Cardinalis Don Bernardus de San-
doual, et Rosas Dnis meus Archiep̄us Toletanus primus Cancella-
rius maior Castelle, et Inquisitor generalis in Regnis, et dominis sue
Maiestatis de suo Consilio status &c. et Rm̄us D. Don Fr̄ Franci-
scus de Sora Ep̄us Canaricæ de Consilio Sue Maiestatis in supremo
Sancte, et generali Inquisitionis. & D. Doctor D. Ioannes de Ores
Tresaurarius. & Canonicus S. Ecclesie Carthaginæ, et Prothonotarius
Aplicus Iudices Aplici remissoriales in bimoi causa Canonizationis
Serui Dei Isidori ad effectum illud visitandi, ut in litteris Remissi-
mandatur. Pro qua p̄ea visitatione priores pariter fuerint Doctor Io-
annes Atienza medicus, et Doctor Ioannes de Negrete dela Calle Me-
dicus D. Infante Donne Marybarice, et Doctor Ludouicus de Orison
medicus, et Chirurgus nominati, & citati ad primum effectum de man-
dato ptorum Duorum Iudicium, qui cum assentientia Superiorum Medicorum
et Chirurgi, & presentibus Didaco de' Urbina, & Ioanne Gonzales de'

Almuria, Cipriano de Salazar, et Laurentio Lopez del Castillo Guber-
natoribus huius p̄i Oppidi, et Gubernatoribus huius p̄e cause Regis
Dni nostri. Et huius p̄i Oppidi, et Magro Alfonso Franco Rectori, et
Curato p̄e Ecclie S. Andree, et conam me p̄tē publico Notario Apo-
stolico, Et huius p̄e cause ac testibus infrop̄is. Volentes latrē princeps
pium dñe visitationi, accepit primus aqua lumen, Et peracta oratione
conam S. Sacramento mandarunt aperiri cunctem ferream azurream. Et
deauinatum, que exsistit in arcu Parietis à latere Euangeliū Altaris maio-
ris p̄ie Ecclie. Et iuxta illud elevata in eodem Altari à solo super tribus
leoribus lapideis. Obi exsistit in arca Corpus Serui Dei Isidori, que p̄a
Crates erat clausa cum duabus clavis, que exsistebant in Ecclia, et
ante eam sex lampades argenteas pendentes accesserunt. Et omnia valde
decentia, Et ornata. Ut fuisse declaratur in visitatione precedenti, et cū
votis, Et donatiuſ circum circa alterudinem dñi Altaris, et arcus, et aper-
ta dñi ante fuerunt adiuncti intus p̄tū areum in parietibus affixi
quadri picturam cū pictum meniculi, quando Angeli adiunctorunt
in oratione dñi Seruum Dei, et de equo sui beri, quem ad vitam reuoca-
uit, et quando dabat ad comedendum triticum palumbis, et sub istis qua-
dratis, et picturis exaltebat una arca magna lignea antiqua cooperata cū
panno valde bono, et ex nisu acu picto rubeo. Et amoco dñi panno sicut
risum, quod dñi arca erat depicta cū nonnullis picturis antiquis non
nullorum miraculorum articulatiorum, et approbatoriū dñi Serui Dei,
in hac causa omnia. Ut videbantur valde antiqua, que dñi arca erat
clausa cum septem seris, quas dñi DD. Iudices mandarunt aperi, et
et ut melius facere possent, sicut dñi arca infernis posita à dño arce alio,
Et perlonge, que habebant claves pris p̄tū scutrum, que pro humeri
effectu suorum preuenient, et accessit de mandato prorū DD. Iudicium

apf

aperuerunt deam arcā sub hac forma. Gregorius de VVateguy Guber
 nator aperuit pro isto oppido Madriti. et plus Laurentius Lopez del Ca
 stillo Gubernator pro Donna Lydouica de Errera relietā Don Judouici
 Gudiel de Vargas, ac Cunatrix suorum filiorum, & similiter apperuit
 cum alia clave' Don Franciscus de Vargas Zapata Eques habitus Sancti
 Iacobi. & Licentiatus Lopez de Careola Aduocatus in hac causa aperu
 it cum alia clave' pro deputatis Congregationis Canonizationis dei Seni
 Dei Isidori, et pro aperiendis alijs tribus seris pcc' arce', quia ibi non e
 rat Capitulum Cleri ati Oppidi, quod babebat ornam. & venit post aperi
 tionem faciam dñe arce', & de alijs duabus clavibus non babebatur nec
 tia. quarum ornam volebatur, quod habere debuisset Vicarius istius Op
 pidi, & aliam Curatus dñe Ecclesie S. Andree, et declinavit prius Magister
 Franco Curatus, quod fuitcum dependit quando obiit D. Doctor Fran
 ciscus de Camusaf Vicarius olim bnius Oppidi, et Curatus dñe Ecclesie,
 & fuit commissum, quod fiant aliae de mandato D D. Iudicum, pcc' se
 ras aperuit quidam faber ferrarius, qui ad hunc effectum erat preuentus,
 et aperauit dñā arca, et seris illius antequam amoveretur coopertorium.,
 fuerunt accensa sex cerea alba pro pcc' visitatione, que accepérunt per
 sonae pñiles ad percibendum lumen. & particulariter petiç. & accepit
 orum Excc' D. Don Hurtado de Mendoza Dux del Infantado, &
 mansit ibi lumen dando cum ceteris personis, que babebant alia cerea,
 & fuit amorem coopertorium dñe magnè antiquæ, et intus eam exi
 stebat alia arca minor suffulta ab extra cum cornuine mauricæ, & cum
 una cruce supra cum claviculis deauratis. & amore illius coopertorio
 fuit orisum, quod existebat ab intus dñā arca suffulta raso albo cum
 claviculis deauratis super trinis argenteis, et incus deam arcā emer
 lum album cum raffacono suffultum cum punctis ex acu factis auti,

argenti. Ut melius videri posset quid esset sub dictum velum. et dictum
corpus. dea arca fuit extenuata ex antiqua magna. et fuit apposita su-
per quadam tabula. sive bussulo ornato cum cooperta serica. Et amotor re-
lo. quod existebat in dicta arca. Ut dictum est. fuit repertum sub illud
dictum corpus Serui Dei Isidori libitinatum in uno linceamine magno sub-
tili ex Olandia extenso intus prae arcum cum capite apposito super pul-
uinari broccati suffulti cum passaminibus aureis. Et in latere dicti corporis ba-
culus valde aridus ad instar acuminis amotoris. licet esset sine ferro. qui
tenetur. Et tenuis fuit semper ex traditione certa. Et vera. quod est acu-
men. cum quo prius Dei Seruus Isidorus in seculo arribat. et fuit reper-
tus cum dicto corpore quando fuit translatum ex sua prima sepultura
Cemiterij dicti Ecclesie S. Andreæ intus dictam Ecclesiam. Et ad decepcionem
dictum corpus. et illud videlicet dissoluerunt dicitur libitinam vel linceamen
Olandie D. Doctor Gutierrez de Setina Canonicus dicti Ecclesie Collegi-
alis Scii Iusti. et Pastor Oppidi de Alcala de Henares. Et Vicarius
Generalis huius Oppidi Madriti. Et prius Magister Alphonsus Franco Cu-
natus prie Ecclesie Scii Andreæ. Et remansit detectum dictum corpus. quod
est magne statum. Et quod fuit mensuratum. et est longitudinis duarum
variarum. Et sextae partis. ac viso. Et inspeccio multum bene per predictos
D.D. Iudices. Et predictos medicos. Et chirurgos. Et per me pucem notarium
inuenierunt utrum corpus existere sub hac forma integrum in ossibus
in carne valde secca. coloris daetili. Et habet suam linguam. Et oculos
cum rugis. Et unum dentem album in suo loco. ac unguis manuum. Et
pedum tensos. Et fortes. et pectus. Et venereum plenum in apertum. et non
extractis intestinis. neque balsamatum. quin non est imitum in ali-
qua parte. neque adeat signum illius. nisi quod caro. Et pellis existit
plana. Et continua. Et totum integrum. cui solum deficiunt aliqui dentes.

et molares. et capilli prope aures cadentes. et apennarij. et digitus 2^o pedis sinistri, qui est us aiunt, et est publicum, et notorium, et traditio antiqua, quod fuerit ablatus a nobili foemina Catholicæ Regine, Donne elisabethæ, et fuit denuo restitutus, quia non potuit exire ex Ecclesia, qui fuit positus in quadam Crumencola sericca, que existit in dico corpore, cu quo predicto digito existunt similiter quinque dentes, et similiter duum corpus, et coniunctione illius sunt coniunctæ. et interiectæ sine aliqua incompositio, excepto brachio sinistro, quod est dislocatum, et discompositum in cubito, quia dicunt, et est eradicatio, quod D. Donna Ioanna Regina voluit ei auferre a brachium ad illud alio transferendum, et similiter altera deam integratatem emanat ex dicto corpore magnus odor, et fragranzia.

Quod quidem p̄tum corpus, quod sic repertum fuit, prout dictum est, vide-
runt, et visitarunt p̄ti Medici, et Chirurgi, illudque inspicerunt, et
considerauerunt magna cum attentione, et diligencia, et mediante iuramen-
to, quod prestiterunt ad Sanctas scripturas, et Euangelia, et in for-
ma iuris debita declarauerunt, quod p̄tum corpus quodam structuram, et
compositionem tam partium solidarum, quam carnosarum, eiusque integ-
ritatem est miraculosum, et supernaturale, et extra ordinem à Natura
obseruatum erga cetera corpora, que per aliquot annos sine spiritu exti-
teterunt, maxime cum clapsi fuerint, prout est publicum, et notorium, et
traditio antiqua plusquam C. D. anni, a quibus obiit p̄tus Seruus Dei
Isidorus, et quod exiret altera 40. annos subter terram sepulcus in ce-
miterio dñe Ecclesie S. Andreae percussum ab omnibus aquis pluvialibus
in summitate, et sole, cum qua humiditate, et magnis caloribus necessari-
um erat, quod in muto breuiori tempore quam in sūfio corrumpetur, et
consumetur dictum corpus, et etiam absque dea humiditate, et caloribus

in rando temporis recursu. Et adhuc minori, & in eo quod spectat ad auctoritatem
dencia unum habet multa consideratione dignum excedens limites, et iterum
ordinarium, et est valde miraculosum. Et supra naturale, et est quod cum
ceterorum hominum corpora tam feticidum habeant odorem, & inuisum
quod inspici non possint, nisi cum maxima poena, et etiam cum pericu-
lo salutis eorum, qui intersunt inspectioni nonnullorum corporum ex-
animatorum ab aliquot diebus dictum corpus p[re]i Servi Dei Ilidori absque
eo quod apertum, & balsamicum fuit, neque cum alia substantia odo-
rifica velutum, nec aderat in capsa, in qua reconditum erat quicquam
odoriferum nullum habet malum odorem, neque terre, neque cadaveris,
quiniuum opeum, & supernalem odorem, & fragrantiam differentem,
& diuersam ab odoribus terre, et quod nullus sit, qui possit ei equiparari.
Et sic iuxta p[re]ta omnia declarant, dictum corpus esse supernaturaliter, &
miraculose integrum incorruptum, ac cum suavi odore, & fragrantia,
quod p[re]ta medici declararunt, prout dictum est, ac facta p[re]dicta visi-
tatione modo prelicet extactum fuit p[re]cum corpus ex 2^o capsa cum
magna facilitate, & levitate absque eo quod quicquam disturbatum,
aut discompositum fuerit, & appositorum super altare maius, ei amoue-
runt linceum funebre, quod sicuti dictum est, habebat, & fuit inuo-
latum in alio linceo novo ex Olandia, quod fuit totum insutum super
dictum altare maius. Et interim per Officiales, qui ad id praeventi-
fuerant per predicatorum Gubernatores, et Procuratores fuit suffulta d. 2^o
capsa, in qua reconditum erat corpus super fulcimento coramini, quod ab
extra erat ex 2^o pilo purpureo suffultum cum finimentis aureis, et ar-
genteis, et claviculis deauratis, et repagulis, ac alio finimento deau-
to. Et ferramentis munito repositum fuit p[re]cum corpus in dea capsa su-
per drum puluinar, & repagulum sicuti exstebat, et in summitate ap-

palus fuit quidam pannus nouus ex tabino aureo, & viridi suffultus.
in circuitu cum punctis retium aureis. & in medio Scutum insigniorū
buius Oppidi Madriti acu pictum, ac tels auri. & colorum, & alijs or-
namentis aureis. & fuit clausa dīa capsa, seu arca repagulis. & seris
licet absque clauibus. & reposita dīa capsa fuit in aletra magna anti-
qua, ex qua. ut dictum est, extrieta fuit. Et ante' quam clauderetur
apposita fuit in summitate pīe capse una culcitrū serica diuersi colo-
ris ex Nauore. & colore palee. & ibi apposito clausa fuit dīa capsa
magna cum clauibus. cum quibus repriebatur, ac reposita. & elevata
fuit. sicuti antea existebat in pīo arcu. & crate, clausaque fuit.

que quidem visitatio facta fuit modo proprio, et dicti Domin*i* Iudices se subscriperunt suis nominibus, predictique Medici, et Chirurgus, et Curar*us*, fueruntque presentes huic visitationi precipue III^{ma}^{is}. D. Don Antonius Caetanus Xuncius Sanctificatis in his Regnis Hispaniarum, nec non Ex*equ*^{it}^{us} D. Don Ioannes Vrрадо de Mendoza Dux del Infandado, & D. Doctor Gutierrez de Setina Vicarius Granalis Oppidi prit, necnon D. Don Petrus de Gusman Proctor illius, et Franciscus Salgado Secretarius prit D. Cardinalis Archichopi Toletani, ac ex Inquisitione Generali, necnon Doctor Vinzenzius de Ayala Salazar Curatus prit Oppidi, & Abbas Capituli Cleri illius, alioque persone Cardinalis à Toleco
Fr. Franciscus de Sosa Episcopus Doctor Don Iohanes de Hozes Magistrar*us* Francisco Orriz de Salsedo Notario.

Ex qua visitatione satis constat de decentia ornatus quo corpus Scrui Dei Isidori in dicta Ecclesia S. Andreae seruatur, & de eiusdem corporis integritate, et incorruptione, ac minimo illius odore, et quod nungquam fuit scissum, nec intestina exterrata, quin et qualiter membra inter se sint connexa, & caro tractabilis, et in capite etiam bodei Capilli conseruentur.

sed quid mirum? cum Dominus noster dixerit de Sanctis, quod nec
Capillus capitis vestri peribit.

Ex quibus omnibus veris, et legitimis probationibus factum istud probbari iudi-
cavimus, et incorruptionem B. Isidori miraculo maximo referendam fore, mo-
ti vero sumus, quia corpus humanum post mortem de sui natura sit pu-
refactioni subiectum. Et hoc proueniat ex infirmitate nature illius, que
non potest amplius corpus continere in unum. D. Thom. in 3^o p^e q^e si. art. 5:
in corp. Et ita statim post mortem incipit resolutio, et ad putredinem dispo-
nitur, quia exhalante calido naturali, superuenit calor extraneus, qui
putredinem causat. idem D. Thom. d. art. 3. arg. 2. Et ultra infirmitatem
nature, ex qua putrefactio prouenit homini, concurrit etiam ad hunc
effectum. poena peccati pruni Paracelsus, que non tantum fuit mors, sed
etiam incineratio, dictum fuit enim illi. Puluis es. Et in puluorem re-
uerteris. Gen. 3. es refert D. Thom. in deo art. 3. in princ. Ex quo se-
quitur, quod sicut homo non potest evadere mortem, ita nec corrupti-
onem, nisi adsit aliquod prohibens. Ut notat D. Thom. super 3. sent.
distinctio 21. q^e 1. art. 2. ad 4^m quod prohibens in nostro casu adfuit.
nempe voluntas diuina, que istud corpus, quod sibi viuens gratum
famulatum presulcit, incorruptum manere voluit. Ut D. Thom. d. art.
3. in responsu ad 2^m dicit. In corpore Christi adfuisse illius diuinam
voluntatem, que illud a putrefactione preseruauit; quibus adstipula-
tur alia ratio corruptionis humani corporis, ex quo magis elucescit,
miraculum incorruptionis corporis Isidori, quam adducit D. Thom. in
Opusc. 2. cap. 150. in princ. Nempe quod corpus humanum ex contra-
ris est compositum; omne autem huiusmodi naturaliter est corruptibi-
le, que qualitas naturalis corruptionis facilius in corpore Servi Dei
Isidori verificari verificari poterat, cum fuerit sepulture traditum

integrum. Et cum intestinis, que sunt de facili corruptione, et cum
 eadem facilitate ceteris partes corrumpuntur. Et maximè cum per XL.
 annos sepultum remanserit in Cemiterio discooperto, sicque sepulta
 m. Et terra illius subiecta fuerit niuibus, pluviisque aquarum, quarum
 tempore riuulus profluens Sepulturam, corpusque Isidori inundabat.
 quæsumidicas facilius corruptionem causare poterat. Vnde cum non
 corruptum, nec putrefactum, sed potius incorruptum, et integrum per
 tota secula Deus D. N. corpus Isidori conservaverit. Miraculo huius
 modi factum adscribendum merito censuimus, maxime cum excedat
 vires cotius naturæ creatae iuxta D. Thom. 2. 2. q. 17. art. 1. ad 3. et
 in p. p. q. 100. art. 4. in corp. Et in opusc. 2. cap. 136. Glos. in verb. Sedis
 Aplicé in d. c. i. de Reliq. Et vener. Sanct. et ibi ad Archid. in c. nec mi-
 rum n. 6. et seq. 26. q. 5. et ibi Bellam. Et quia natura potest dare con-
 servationem, et incorruptionem corpori humano, non tamen cadaveri-
 vnde istud factum excebat. vires cotius naturæ creatae, non quantum
 ad id quod sit, et substantiam facti, sed quantum ad id, in quo sit, nem-
 pe in homine mortuo, non solum censuimus, hoc factum miraculo maxi-
 mo adscribendum fore, verum etiam ad 2^o gradum referen̄ esse iuxta
 D. Thom. l. p. 1. q. 100. art. 8. in corp. Vers. 2^o additur.
 ut maximè iuvante ex eo, quod non est nouum. D. O. M. bac gracia,
 et priuilegio incorruptionis bonorum, et condecomire seruos suos dilectos,
 qui viventes ipsi Deo immortali. Et eterno inseruierunt, et ideo corpora
 illorum mortua integra immortalitati, et eternitati, et illæsa conser-
 uavit, prout ex plurimorum Sanctorum exemplis, apparet, quod aliqua
 recensere libuit.

Corpus S. Cereonis vero cum multis alijs post annos DCCC ab illius obi-
 tu integrum. Et incorruptum fuit repertum, prout scriptum reliquit Ro-

- Dulphus Abbas Sc̄ri Iuidonis se' anno 1222 adfuisse inuentioni pre-
dicti corporis incorrupti.
- S. Ursini primi Ep̄i Bituricen̄ apud Gregorium Turonensem de Glor Confes.
cap. 50.
- S. Eligij apud Surium prima X mbris auctore Andeno Rethmogeni Ep̄is.
copo.
- S. Sigiberti Regis Francorum auctore Sigiberto Monacho Gembacensi
apud Sur. p̄ Februarij tom. 7.
- S. Wenceslai Ducis Boemie per Ioannem Rubiauum Olomucensem Ep̄i-
scopum 25. Septembris apud Sur. tom. 7.
- S. Stanislai Ep̄i & Martyris apud Sur. xi. April.
- S. Huberti Ep̄i Lodiensis apud eundem 3. Nouembris.
- S. Horbmani Abbatis Sangillensis auctore Vinilafrido Abate Angiensi
apud Sur. 16. Nouembris.
- S. Edemundi Ep̄i Cancuuenensis apud Sur. 16. Nouembris.
- S. Raynaldi Archiep̄i Rauennatis auctore Hieronymo Rubeo apud sur.
tom. 7.
- S. Sorū Diaconi auctore Joanne Diacono 5. Ianuarij apud eundem tom.
7. 23. Septembris.
- S. Honorati Ep̄i Aulatensis auctore Hilario Ep̄o Aulatēi apud eundem
tom. 7. 16. Ianuarij.
- S. Iudoci auctore Florentio Abate apud eundem tom. 7. xiii. Decem-
bris.
- S. Hermanni, seu Iosephi Canonici Iterffdensis apud eundem 7. Aprilis
d. tom. 7.
- S. Theodori Studite auctore Michaelde Studita xi. Nouembris.
- S. Edberge Virginis apud Bed. lib. 3. Histor. Anglican. cap. 8. 7. Iulij apud
Sur.

- Sur. d. tom. 7. vobis cuius laus tamquam coligere a matre nata regula.
- 5 Eudimille Mart. in vita S. Wenceslai s^t
- 5 Guberti Landisfamē Corpus restatur Alanus persticte etate sua nibil
omino mucilatum. vel labefactum post annos 800. ab illius obitu
- 8 Antonini Ep̄i. & Mart. corpus refert Sur. com. 15. 12. Septembris post an-
nos ab illius morte CC. non solum incorruptum. sed planè vividum cum
etius apparuisse. sicquè illud vidisse. qui illius Viam scriptis.
- 5 Hilarionis Abbatis corpus. ut scribit S. Hieronymus post ferē x. menses
ab eius obitu integrum. & incorruptum. quasi adhuc viueret fuit inuentum.
tantisque fragratis odoribus. ut delibutum vnguentis odoriferis putare-
tur.
- E t satis est. quod scripsit Gregorius Presb̄r Celerien' commune' fuisse cun-
ctis Ep̄is. qui Synodo Nicene interfuerunt. ut eorum corpora per multa an-
norum curricula perstiterint illefa.
- N on minus ex eisdem probationibus censuimus. odorem mirificum. suauissi-
mumque ex hoc Sancto corpore efflantem miraculo attribuendum esse. sue
illam fragrantiam in concreto. & simul cum miraculosa corporis incorrupci-
one consideremus. siue ab illa abstracto cundam valorem sumamus. Necumq;
enim insigni miraculo adscribendum fore existimauimus. Ex cadaveribus
enim defunctorum putrefactioni naturaliter. ut supra probauimus. subic-
tis. non odorem. sed fetorem potius orihi videmus. Vnde semper huiusmo-
di suaves odores ex corporibus mortuis Sanctorum prodeentes relati fue-
runt ad miracula. Ipsarum enim fragranzia corporis mortui. illiusque odoris
suauitas ostendit in illo corpore aut boream suavitatis existere. ut refere-
S. Gregorius in bonil. ss. & ut D. Thom. p^c 3. q^c 38. art. 5. ad 2^m dicit boni-
nus odor pertinet ad representandum effectum gratiae. qui sicut bono odo-
re Xp̄is plenus fuit secundum illud Genes. 27. Ecce odor filij mei sicut

odor agri pleni etiam à Christo derivatur ad suos fideles. Et amicos iuxta illud B. Pauli ad Corint. 2. Odorem notitiae sue sparsit per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumis Deo. Vnde et Sancta mater Ecclesia quasi exultans p[ro]p[ter]e gaudio de gloria filiorum suorum canit. Sancti cui D[omi]n[u]s florib[us] sicut lily, et sicut odor Balsami erunt ante e[st]e. Quod etiam ex plurimum Sanctorum exemplis comprobari posset.

Nec forus Callistus lib. 15. cap. 14. testatur à Sacramento, in quo reconditum fuerat S. Euphemia Virg. & Mart. corpus celeberrime efflatos odores immensos eripuisse, qui vix naturae atque artis humanae longè supererunt.

Ex Cadavere Sancti Rothmani mirificus. Et ignotus odor prope accidentes incedissimo sensu perfundebat, ut scribit Abbas Tommaso lafridus.

Idem contingit Cadaveri Asperi Episcopi Rothomageni Landoldi maximi Regensis, Edwardi Anglorum Regis. Et aliorum plurimorum. re scribit Sur. tom. 6.

Ex corpore S. Alberti Carmelitarum Ordinis antequam bono crudeleretur, odor mirificus prodit, ut legitur in officio eiusdem Sancti die 7. Augusti, de quo etiam memorie Sur. tom. 3. eadem die 7. Aug[usti] in vita ipsius Sancti.

Alia exempla cumulat Thom. Bos. de sign. Eccles. tom. 2. lib. 15. sign. 64. cap. 8. Et in Relatione S. Francisci art. 6. mirac. 1. similem odorem producentem ex corpore eiusdem S. Francisci recente vita functione pro miraculo habitemus hunc.

Et ex his etiam visum fuit, merito istum odorem suauissimum 2. gradui attribuendum fore, cum excedat, superetque vires Naturae quantum in illo, in quo sit. Tercium est enim Naturam facultatem habere producendi bonum odorem.

odorem ex corpore humano, tamen non ex corpore mortuo, & putrefactioni subiecto. Unde cum in illo Cadavere iste mirificus odor reperiatur, respectu illius, in quo sit, excedit omnes virtes totius naturae creatae, et referendus venit ad cognitum iuxta D. Thomam ubi supra doceamus in corp. vers. secundo.

MIRACULUM II

Catharina de Villa Sanchez a febris continuis, & ventris profluvio sanacem instantaneam recuperantur intercessione B. Isidori, & aqua fontis illius.

Idem Catharina supradicta post partum superuenierunt quedam febres continuae, & magne insimul cum profluvio ventris, & signis malignis, ac letalibus. & cum magna debilitate, cecum remedia illi adhibita per Doctorem Franciscum Cuenca Medicum non prederant, et adeo male se habebat, quod deus Medicus illam quasi desperatam reliquit, credens omnino ex illa infirmitate morituram. & in hoc statu dea Catharina se commendauit B. Isidoro, dixitque Francisco Sanchez eius viro, quod si ipsam solebat videre vivam, et sanam, illi afferret aquam Servi Dei Isidori de fonte existente in suo beremitorio, quia ipsa sciebat, se bene habieuram cum dea aqua, maritus vero circa dimidiam noctem perrexerit ad dum Cremitorium, & deam aquam illius fontis portauit, ex qua dea Catharina bibit, & incontinenti cognovit, se bene valere, ac valde sublevatam a dea infirmitate, & sequenti die ocnit Medicus illam visitatum, ac cognovit magna, & repentinam meliorationem in infirma, cui illa dixit, non ab ipso, sed a

B. Isidoro sanitatem recuperasse. & ex tunc amplius nechabuit febrim.
nec profluum ventris, quia sana remansit. & tam deus Medicus, q^z
acteri omnes circumstantes hoc pro magno, & insigni miraculo babuerunt.
uod etiam euensis probauit testes Remissoriales super 12. Interrog. nem
pe 27 & 29 quis sunt eadem Catharina infirma, & Francisco Sanchez
eius maritus, & prius Doctor Cuenca Medicus omnes deponentes de ori
su. & certa scientia a sol. 2 es usque ad 26.

Quas probationes sufficientes iudicauimus, & factum illis comprobatur
insigni miraculo referendum esse censumus. considerantes gravitatem
infirmitatis illiusque complicationem febrium continuarum cum proflu
vio ventris. ac cum signis malignis. & letalibus. & quod peruererat
ad statum desperatae salutis. in quo B. Isidoro se commendauerat. &
quam fontis illius perierat firma fide. quod cum illa sanitatem esset
receptum. & quod cum primum illam biberit. illico cognouit. se bene ba
bere. prout. & ipsa firmat. & medicus qui sequenti die illam visitauit.
Ex quibus et p^z instantanea sanitate recuperata supradictis medijs
exculcavimus istud factum insigni adscribendum fore. &
3^o gradui attribuendum ex rationibus supra adductis ex doctrina D.
Thomae d. q^z 105. art. 8. in corpore vix 3^o modo.

M I R A C U L U M . I I I .

De instantanea sanatione crucis intercessione famuli Dei
Isidori ex contactu Rosarii. quod corpus istius Sancti tetu
tum est a misericordia dei.

Catharina Fernandez ex quodam partu superuenit in Crure quidam
tumor

tumor, ibique plaga magna, prout manus fuit causata, sicutque per plures
 dies continuauit magno cum dolore, et per Chirurgos medicamenta
 adhibita nullatenus profuerunt, quin potius Doctor Qui xar Chirur-
 gus Regie Maiestatis, qui illam visitauit, dixit, omnino morituram ex
 illa infirmitate, nisi crux searetur. Vnde preparauit instrumenta pro
 dicta securione facienda, & interim cum Catharina audiueret in Ecclesia
 S. Andree corpus B. Isidori esse discoopertum instanter petiit, ad dñm
 Ecclesiam deferri, prout se contulit, quamvis magno cum dolore, & la-
 bore claudicando, & postquam ad d. Ecclesiam peruenit cum pre mal-
 titudine Populi non posset ad beatum corpus accedere, petiit a quodam
 Clerico, ut dignaretur quedam Coralium, que illi dedit rango corpus S.
 Isidori, prout Clericus fecit, & Coralium Catharine restituue, quibus ipsa
 commendans se maxima cum deuotione, & lacrymis Seruo Dei Isidoro
 plagam retigit, & illico dolor cessauit, & ipsa fuit adeo sublevata resa-
 nam se a dñi infirmitate iudicauerit, prout realiter sanauerat, ita cedo-
 num redierit absque dolore, et de per se sine ira claudicatione, & intra
 tres, vel quatuor dies nullis medicamentis humanis adhibitis, sed tan-
 tummodo tactu dñi Conarium plaga fuit clausa, & sanata, nec postea reuoxit,
 quod Chirurgi, & qui huic facto presentes fuerunt, aut intellexerunt pro
 miraculo intercessionem B. Isidori ab omnipotenti Deo habuerunt
 Et istud factum probari sufficienter visum fuit ex duobus testibus, conum
 Ordinario examinatis, & postea misicatis in R. em. nempe 15. iux. si In-
 terrog. fol. 103. & seq. et 104. fol. 105. & seq. qui deponunt de visu, et certa
 scientia, & quod interfuerant omib[us] predictis. Quibus accedit depositio
 eiusdem Catharine conum Ordinario facta super e[st]o anno in comp[ro]f. fol. 95. in
 qua et si morte preuenta, non potuit ratificari, atamen adiuvit testes re-
 cognoscentes illius depositionem, & de eiusdem legalitate testantes, &

& sic illius dicto statibus alijs Remissorialibus plurimum tribuendū
cessimus. Nam quoniam causa Canonizationis illiusque reservata sit
cognitio soli Summo Pontifici, et i. de Reliq. & rebus sanctis et ibi Abb.
& D.D. Greg. lyp. in l. 66. tit. 4. partit. i. Clps. 2^o August. Triumph. de
Pocell. Eccles. q^o 14. art. i. et 2^o Troil. de Canonizaz. Sanct. dub. 2. ca
stellan. eod tract. q^o s. p̄lī. Autem non ex eo repertus interdictum Or
dinarij, quod passim informationes, super omni. & miraculis recipere, qui
dicuntur Processus informatiui. & testibus sic examinatis maximè defer
tur, presertim insomni cum alijs Remissorialibus, ut in Relatione S Ray
mundi p^o 1. art. 2. censuimus. Et in illa S Caroli per i. Vrs. quia Medi
olanenses. & eo maximè quando horum celētū depositiones fuerunt ser
uatis seruandis compulsat. e. corunque legalitas alijs testibus Remiss
probata. Ut in casu nostro. & cum morte preuenienti non potuerint de novo
examinari. & ratificari. Roe. dec. 194. n^o 2. p^o 1. dñmers. Borg. decis
i. n^o 42. circa med. p^o 1. Hond. cons. 17. n^o 63 lib. 1.

F ex quibus fuimus in sententia istud factū sic comprobatur miraculo
insigni intercessione B. Isidori per D. O. operato adscribendum fore.
Constat enim de grauitate infirmitatis. & statu secundi crus, aut mor
tem subeundam. & quod in hoc statu Catharina B. Isidoro deuote se
commendauit. & tactu prorum Coralium, que retigerant corpus Serui
Dei repente sanata fuit, que omnia miraculum consludere satis ex su
perius notatis appetet. & ex eiusdem constat. 3^o gradu hoc miraculū
attribuendum esse, cum respectu modi, quo euenit ista instantanea
sanitas superet omnes vires totius Naturae creatae iuxta D. Thom
as art. 5^o.

MIRACULUM IV

De Ceco mirabiliter intercessione Scrut DEI
illuminato.

Cum quadam die pro impetranda pluia terre necessaria intercessione
B. Isidori illius corpus Populo ostenderetur, & plures deuotione' moti
ante' datum corpus afflisterent, & orationi vacarent, inter quos aderat
homo quidam Cecus nomine Benedictus, qui repente' insurrexit & ro-
ce magna clamauit. O vos omnes, qui adeatis surget' quoniam opera-
tus est virtutem Dominus per huius Sancti sui gratiam erga me. Ec-
ce qui cecus fueram, iam gaudens video ex huius Sancti gratia, quod
omnes circumstantes, et Benedictum antea cecum agnoscentes, posteaq;
videntes illum illuminatum, hoc pro maximo miraculo reputarunt.

Et nos illud probari censuimus ex predictis historijs. & maximè Ioann=
is Diaconi, et Joannis de Quintan. Alphonsi de Villegas. & Ioannis de
Mariet. & Fris Enmeisci Ortiz locis supra citatis, quibus accedunt duo
testes Rem de publica voce. & fama nempe 3^o testis super 2^o vñq; ad
40. annos fol. 75. et testis 16. super 24. fol. 116. que probationes suf-
ficientes censemur, cum versemur in factò antiquissimo ante' predichi'
Ioannem Diaconum, qui de anno 1232. in humanis agebat. & non
semel superius hanc conclusionem de iure procedere firmavimus.

Itidem et iudicauimus, istud factum miraculo esse tribuenidum, cum cecus
absque ullis remedij naturalibus repente' intercessione' S. Isidori lumen
recepit. quin et existimauimus 2^o gradui adscriendum fore, cum non
consideremus id quod sit. sed id, in quo sit. & sic quamvis Natura-

valeat homini lumen prebere. non tamen caco, & sic ceci illuminatio
excedit omnes facultates totius Naturae creatae. & pertinet ad 2^m gradum
iuxta D. Thomam d^e art. s^r.

MIRACULUM V.

D^e laborum morbo Petechie a Medicis derelicco. & Sacra
meritis suscepis intercessione B. Isidori. & aqua. quam erat
unumq[ue] didic illius fontis repente sanato. In qua vnde rem
vita intermixta. invenimus.

Alphonsus Gallo Aurifex incola oppidi Madriti incidit in morbum
Petechie dictum. & licet per medicum illi plura remedia adhiberentur,
nihil profuerunt, immo analicia infirmitatis. cui complacatus erat mortis
Stupor. seu Modorm in tantum crevit, ut omnino a medicis fuerit derelictus.
Sacrosanctumque Sacramentum Eucaristicum suscepit, cui exis-
tenti in tanto periculo eius in ater dixit, ut se commendaret B. Isido-
ri, quod infirmus ex corde prestitus. & ex deuotione eiusdem petiit si-
bi dari aquam fontis eiusdem Sancti. & quia erat de' nosbe, et sero, ac
de' tempore byensis, & fons predictus erat in longinquuo, reculerunt ad
fontem accedere. sed aliquo spatio temporis transacto. mater filio infir-
mo aliam aquam prebuit dicens. fuisse allatam de fonte S. Isidori, quia
Alphonsus magna fide. & spe cum illa sanandi. et Sancho Isidoro se
deuote commendans, potuit non in pauca quantitate, et quam primum
eam biberit, febris ab illo recessit, salutemque recuperauit. ita ut sequou-
die Medici qui ad illum ad visitandum venerantur. sanum. & incolu-
men inuenierunt, ac omnes datum instantanciam sanitatem intercessione
B. Isidori attribuerunt, quin et ipsi medici dicentes, esse impossibile
illa.

illam consequi valuisse vallis remedijs humanis.

Quod factum probant quinque testes tres Remissoriales nemp^{te} ipse infirmus,
ac illius mater, & uxor, et alijs duo Comp^{les} examinati coram ordinario, &
omnes quinque de' orsu, & certa scientia, que probatio nobis visa fuit le-
gitima. Et quamvis duo testes comm^{te} Onlinario examinati morte preuen-
ti, non potuerint repeti, & ratificari in Remissoriali, nihilominus illis
multum deferendum censumus, statibus alijs tribus Remissorialibus,
& alijs deponentibus de eorum legalitate ex his, que supra adducimus
hoc artic^o mirac^o.

ua legitima probatione sancte venimus in sententiam, prout factum iu-
re merito insigni miraculo 33 gradus per Deum intercessionem S. Isidori
openito referendum esse, cum interuenierit imploratio auxilij eiusdem San-
cti deuotè ab infirmo interpolita, nec non à Matre, uxore, et circumstan-
tibus, & inspecta graviitate, & implicatione morbi, & quod perduxerit in-
firmum ad statum, quod illum Medici pro desperato reliquerant, & qual-
fide in Deum, & Sanctum, aquam illius fontis pergit, & credens de deo
fonte sibi allatam, illam bibit, & illico a febri liberatus, quin et ab omni
predicto morbo fuit, sicquè Medici sequenti die illum inuenerunt sa-
num, & infra paucos dies à lecto surrexit. Unde ista sanitas instantanea
cum supra ponderatis miraculum evidens arguit.



MIRACULUM. VI.

De multiplicatione Cibi. & omni non sufficiatis pro xx
pauperibus. & ex dieca miraculosa multiplicatione fore 300.
pauperes fuerint beneficiti quia et plurimum superauit alii paup
eribus exceduntur.

Anno M D C IX. Cum Confratres Confraternitatis B. Isidori qua
dam die solita conuenissent insimul ad manducandum pre multitudi
ne Confratrum multo minus edulio remanserat. quam opus esset pro xx.
pauperibus subveniendis. et nihilominus Hieronymus Felix eiusdem
Confraternitatis tunc Thesaurarius ad illam serv accessit. secumque intro
duxit fore 300. pauperes. quos cum Officiales dñe Confraternitatis vidis
sent. dixerunt dñs Thesaurario. ut quid tot pauperes adducet. cum
nec portio pro xx. pauperibus superasset. Et cum aliis Officiales in
Coquina vinas pulmenti requisiuerent. illasque omnes vacuas reperisset.
excepta illa. in qua portiones pro paucis pauperibus scriabantur. dictus
Thesaurarius dixit. Deus. & Sanctus Isidorus abbibebunt remedium. qui
bus verbis sic prolati firma spe in Dco. & S. Isidoro. in cuius honorem
illa Confraternitas creata fuit. omnes illos pauperes sic introducos dis
cubentes fecerint. & illis ministrare cegerunt de edulio. pane. & vino suf
ficienter pro uno quoque reficendo. & plurimum sueravit pro aliis paupe
ribus cibandis. & quod notatu dignum est. quod predictis pauperibus non
aderit in Confraternitate nisi vina tantum amphora rimi. que ita multi
pliata fuit diuinatus. ut sufficeret pro omnibus. & non parum superasset.
quod omnes circumstantes pro miraculo ab omnipotenti Deo invocatione.

& intercessione Serui sui Isidori acclamarunt. & pro illo Deo. & sancto gratias reculerunt.

Istud factum probant in Rem. iux. 12. Interrog. testis 176 qui est ipse Thesaurarius fol. 480. & testis 180 fol. 487 181 fol. 488 & 177 fol. 481. & 178 fol. 484 omnes de' his. & certa scientia huius facti. ex quibus illud probari sufficienter censuimus. & miniculo insigni ad sen-
tenciam fore ex ipsiusdem rationibus. quas adduximus supra in 2° mi-
niculo in vita Serui Dei Isidori facto. quas hic transcribere superfluum
duximus. quinet existimauimus. hoc miniculum primo gradui referen-
dum fore iuxta D. Thom. d. q. 105. art. 3 in corpore vers. uno modo. &
late adduximus abhinc suem in dicto & miniculo.

MIRACULUM. VII

De laborante per nos incisus continuo trahens hebetibus. mo-
sicibus & ventris profluvio ac a Medicis desperato. ex Sacraue-
tissima crux extrema ratione receptis. & in articulo mortis teneti-
tudo intercessione. Et Isidori & bibenalem regia illius fontis re-
stituta. regit. in pene schaup. transducit. & transcupit. & transponit.
et transducit. & transcupit. & transponit.

Hilarius Cimbron Notarius. & Incola Madriti inquandam februm mali-
gnam incidit cum hominibus. & ventris profluvio. siveque duravit per tres
menses in quibus Doctor Hernández Medicus Maioritatis Católica. &
Doctor Ludovicus de Oronson medicus. & Chirurgus illum visitarunt. &
quamplurima remedia adhibuerunt. emissionis sanguinis purgationis. cucur-
bitarum fomentacionum cornualium. & rictionum. & infirmitas in tantum de-
uenerat incrementum. ut nulli penitus remedio cederet. siveque infirmus debi-

tatus. & viribus destitutus existebat, quonobrem medici ordinarunt, ministerari illi Sacra menta. & tandem extremamunctionem, eis uidentes infirmi statim medici quadam nocte illum dereliquerunt desperatum cum animo ipsum amplius non visitandi, quin et candelam B. Marie de Rosario quasi constitutus in articulo mortis incensam habebat. & eius pater ipsum ad hunc moriendum adiuuabat. Deoquicommendabat, quia prius D^r Hernandez dixerat. vix ad terti am noctis horum peruenire posse. Ipse autem agrotus deuotione B. Isidori illi se ex corde commendauit, & aquam illius fontis bibendam petiit instanter, quam illi Doctor Hernandez denegauit, dicentes, esse crassam, et quod citius istam bibendo moreretur, stante ventris profluvio. Postquam autem medicus recessit idem agrotus persistit in petenda atra aqua, que illi fuit ministrata per quandam mulierem ibi abantem. & continuo prout illam biberit. Sanctoquie Isidoro se commendauit, somno fuit correptus, & sudore per duas horas, et excitatus a somno seipsum inuenit liberum a febre, ac infirmitate, adeout si debilitas permisisset illico a lecto surgere potuisset. Et circa medianam noctem d. D^r Hernandez, qui Hilario erat vicinus, se contulit ad illum videndum, credens, iam obiisse, & illum reperit cum tanta melioratione, ut valde admiratus remanserit. & quæsicerit, & audiuerit, quod enenerat, ut supra dictum est, siveque firmauit, miraculum maximum esse, & sequenti mane alter Medicus Doctor Orefon accessit ad eundem infirmum, quem in aro statu notabilis melioracionis inuenit. illique fuit renunciatum quid accidente, & obstupuit, admirationeque plenus ubi cum d^r Hernandez firmauit, illud esse miraculum, & protuli d^r Medici illud Matriti acclamarunt, maxime quia post hec nullum aliud remedium naturale infirmo adhibitus fuit, & infra octo dies omnino incolmis a lecto surrexit.

P robanteur super ea tribus testibus nempe 87. in Rem^o super 12. Interrog^o fol.

277. et ss. testis super eadem fol. 278 et 280 fol. 275 ex quibus unus est
ipsem Hilarius Cimbroi, alia vero Antonia ipsius uxori, qui de certa sci-
entia. & veris deponunt. Si vero est Doctor Onofrius alter ex dictis Medicis,
qui optime de infirmitate. & remedis adhibitis, et qualiter ipse est Doctor
Hernandez ipsum infirmum pro desperato reliquerant. & tandem de statu
infirmitatis ad quem agrotus peruenient. & de repentina melioratione &
quod ex his intercessione S. Isidori iudicauit hoc miniculum suum insigne.
quam probationem et nos sufficientem iudicauimus.

Quin et factum primum sic probatum miraculo adscribendum fore censuimus
operatum per D. O. intercessione Scrut sui Isidori, cum constet de graui-
tate. & malignitate infirmitatis. & quod durauit per tres menses, & de
remedis quam plurimis illi adhibitis, quibus infirmitas cedere non voluit.
& de statu desperationis, ad quem peruenit, ita ut medici tangit omnino mo-
ribundum dereliquerint, credentes, in illa nocte obitum. considerantesque
aguam dei fontis quam bibit iuxta dictum medicorum. Sante veneris pro-
fluvio, mortem acceleraturum, & quod postquam illam bibit. & devotione
B. Isidori Deo, et illi infirmus se commendauit, illico somnus, & sudor su-
peruenient, a quo excitatus repente sanus, et a febre, & dea infirmitate
liberatus, fuit repertus, que repentina sanatio coniuncta proximo statui
letali, in quo infirmus existebat, manifestum insigneque miniculum inducit.
Archid. in e nec mirum 26. q's n°s. & ibidem Bellam n°3. & 9. Et hoc
non quia Naturae non possit remedia similibus agrotis praebere, sed quia
non incontinenti, & modo, quo Hilarius sanitatem recuperauit. Unde
quoad modum istud factum excedit, superatque omnes vires totius na-
ture creare, siue adscribendum fore s' gradu exstimatorius ad
tradita per D. Thom. d'q' 105 art. 5. in corpore vero 3' modo
Nec obstat videtur, quod non illico potuerit infirmus e lecto surgere,

quoniam octo dies prius transierunt. Quia respondetur, non eo minus
huiusmali sanitatem repente recuperata dici debere, cum malitia in-
firmitatis, que ad articulum mortis infirmum perlucxerat sit conside-
randa. ab illaque instanti infirmus fuerit liberatus, quamquam
postea ante octauum diem a lecto omnino incolmis surgere non vali-
dit. hoc enim ex accidentibus, nempe ex debilitate maxima a malitia,
& diuturnitate infirmitatis causata prouenisse clarum est. Et pro mira-
culo sufficit instantanea libentio a malitia infirmitatis, que eorum
morti destinabat, ut per Arribal et Bellam. ubi supra Castellande
Canonizat Sanctus q[uod] 6. phil. utrumque an sit necesse per certainem, &
pluries sunt firmatum in alijs Relationibus.

MIRACULUM. VIII

Ruina ciuidam muri, oppressio quidam milie nominis
Balbassarri ac tres filii, et una famula, omnesq[ue] uotabiliter
male affecti intercessione B. Ilidori instantineam salutem
recuperarunt.

Balbassara Ortiz uxor Christopheri Rocke natumlis Oppidi de Val-
demoro Iurisdictionis Madriti cum esset domi sue insimul cum tribus
filiis, & una famula, quidam paries eiusdem domus repente corruit.
& omnes predictos oppressit. & Balbassaram duosque filios in ca-
pite percussit, ita ut marris os cruris obtuserit, illudque calice oppres-
serit, ut concavum cuperet pugnum, ossaque intus sonarent, illaque
pregnante etiam ventre lapides grauiiter offenderunt, ex quo sensus
amisit. & quasi stolidam remansit. filiam vero quamuis paries in
corpore

corpore testig. non ita fuit lesa. famulam autem cum brachio spaci
 mo affecto reliquit. Et tantus fuit istius ruine impetus, ut lapi
 des. Porticus, seu Arri magnum damnum patcentur. & cum ma
 ritus domum venisset, suamque familiariam ita male se habentem re
 perisset. illico se contulit ad Ecclesiam S. Andre. ibique auxilium.
 B. Isidori maxima cum deuotione, & afflictione postulauit, ipseq;
 promisit. Nam Nouenam facere si salutem pcc sue familie a Deo
 impetrasset, & ab Ecclesia maxima cum fiducia, & spe hanc gratiam
 consequendi medio S. Isidori recesse. & continuo vocauit D. Ollo
 medicum. & Chirurgum S. M. et Ioannem Leonardum Barbitonensem,
 & Chirurgum, quos secum adduxit, & illi inuenierunt Balchassanam.
 filias. & familiarim instatū supra relato. & Balchassanam in periculo mor
 tis constitutam iudicarunt. Unde ordinarunt, ut illico de anima dispa
 sitione curaret, illaque quoddam Emplastrum in parte capitinis lesa ap
 posuerunt. ut frigus illi non offendeter, animo in die sequenti secan
 di carnem capititis. & nos damnificatum videre possent, & indicationem
 sumere de modo in cunctione seruando, & tunc illam, quem ceteros
 plebescerunt, nullo alio tunc eis remedio adhibito. Et cum dies e
 quenti rediissent ad dros infirmos visitandos inuenierunt Balchassan
 um valde bene se habentem, & es emnū valde sublevatum, & in suo
 loco equaliter repositum, quod illis magna admirationem causauit:
 dixeruntque esse quid miraculosum. & maxime cum nangz febi fuis
 set correpta, & quod in omnem euenerunt pro illius Curacione sickerum,
 & famule opus fuisse aliquibus diebus, & cum intra triduum filij,
 & famula sani surrexisserint. & mater utra idem tempus surgere po
 tuisset, tamen ex Consilio per alios duos dies in lecto permansit. po
 steaque omnino liberi ab illo exiuit, nullo alio sibi naturali medica

mento applicato, nisi quodam Ceroto, ipsiusque Chirurgis maritus retulit, qualicer ipse B. Isidoro suam uxorem, & familiam in hoc periculo constitutam commendauit, & quod illius intercessione credebat hanc gratiam impetrasse, & Chirurgi hoc pro miraculo habuerunt. Quibus accedit plurimum ponderandum, quod ista mulier sie grauida post sex menses filium peperit viuum cum eribus ruminis in capite, quarum quilibet digitum capiebat, filiusque vixit per tres hebdonadas, & cuncte obiit, non ex hoc accidenti, sed ex alia infimata superueniente in se periculosissimi vulgo dicto Garotillo.

Probari autem huiusmodi factum legitime iudicauimus ex quatuor testibus de visu. Et certa scientia in Rem^l super 10. Interrog. deponentibus, quorum duo sunt ipsa Balbassara, & eius maritus, & 3^e est alter ex dñis Chirurgis, & sunt in Rem^l a fol. 218. usque ad fol. 223.

Quod factum ita probarum insigni miraculo intercessione serui Dei Isidori operato referendum censuimus considerata deuotione, fide, et spe, quibus maritus suam familiariter B. Isidoro commendauit conferebas se ad Ecclesiam precos Deo, & Isidoro effundendi causa pro sanitate familie, et priusquam medicum, & Chirurgum quereret, nec aliud remedium burnum infirmis adhiberet, & autentia genuitate infirmitatis precipue Balbassare, & quod Chirurgi illam in mortis periculo constitutam vnde runt, & quod decretuerunt carnem securare pro damno discooperiendo, & curatione dirigenda, & quod os erat obtusum e modo, quo supra dicum est, et quod a se ipso in loco suo illud repositum sequenti die inuenierunt, & quod emplastrum pro frigoris defensione appositorum non habebat virtutem primum effectum operandi, & quod repente operatus fuit, & sanitas tam breui tempore a filii matre, & famula recuperata quod vires totius Nature creare circa medium excedere videtur.

nde

Vnde tertium gradum istud miraculum merito obtinere debet.

MIRACULUM IX

De Pueri à Natiuitate rupto, & intercessione serui
Dei Isidori mirabiliter sanato

Didacus filius Dominici de Gauorindo emat à Natiuitate ruptus, & spatio quatuor annorum fuerint illi plura remedia adhibita, et cum non proderent. Pater decrevit iuxta consilium cuiusdam magistri ruptorum ipsum aperire. Atamen quedam vicina nomine Mariana Quinto matre pueri dixit, quod nunquam filium aperiri consentiret, sed potius illum seruo Dei Isidoro commendaret. Nouenamque, & missa illi promitteret, quod insimul cum atá Marianā mater pueri adimpleuit, qui in progressu nouenae meliorare cœpit. Et illa finita intra paucos dies salutem recuperavit, quod omnes miraculū insigne reputarunt. Et istud factum ex quatuor testibus probatur. Remiss super 12 Incepit depositione tempore Pre. & mīcē pueri, dictoq; magistro ruptorum, quorum unus est in Rec. tertiis 46. fol. 214. & alijs 47. fol. 215. 48. fol. 216. & 76. fol. 266. Omnes deponunt de visu, & certa scientia ex quorum depositionibus factum istud probari censuimus, quin et maximo miniculo attribuendum fore astante grauitate. Ediutuitate infirmitatis à Natiuitate pueri, & auctis remedijs illi adhibitis non proficiuntibus, & quod quando spes non aderit eius Curationis, sed necessario erit deuenientium ad aperturam intercessione Serui Dei Isidori, & missa penitēta, nouenamque finita absque ullis alijs medicamentis natumlibus salutem in instanti recuperavit. Et quamvis aliquot pauci

dies post nouenam, & ante integrum recuperacionem salutis translie-
runt. non eo minus repente sanatus dici debet ex adductis supra
in xy. miraculo post mortem. quin et existimauimus 3^o gradui atti-
buendum esse. cum vires nature quantum ad modum istud factum
excedat. ut supra non semel notauimus.

MIRACULUM X.

Quinque annos. & ius ab anno aliud ramum. I. uulsi uulsa
De curru onusto as personis inter homines. & pueros ad
maximum precipitum cum omnium periculo tendenti. & inten-
tione serui Domini Isidori omnibus. mirabiliter. q[uod] in manu
domini. trahitudo nupti libetatis aquae hinc ardui rupis prope omni
rum & superius. trahitudo utramq[ue] locorum nulli uanq[ue]

Cum quidam homines cum uxoribus. & filiis in curru duarum mulier
ad beremitorium B. Isidori ascendissent causa devotionis. eiusdem Sancti
ibidemque magnam diei partem consumpsissent. cum iam domum reuer-
teretur. in descensu ab beremitorio valde erecto. currus tanto impetu
descendere cepit. quod detinere non fuerit possibile. nec Auriga mulas
cabere potuerit. quo impetu. & cursu currus peruenit ad onus cuiusdam
Rupis tendentis ad maximum precipitum versus flumen. ita ut altem
mula ibidem intercederit. alteru[m] vero versus precipitum in acre
suspensa permaneret. cuius pondus erat sufficiens pro tempore curru cuci-
tando. & in precipitum mittendo cum vice periculo omnium in curru-
stantium. in quo ita evidentem periculo omnes clamare. & invocare ce-
perunt auxilium B. Isidori. quo invocato. currus in ora dei precipiti
firmus permanebat. ita ut omnes intus currum venientes. potuerint in-
columnes ab illo exire. & liberari. & funes mule suspense rupere. quo
facto

facto, mula in precipitum cecidit, quod omnes pro insigni miraculo ha-
buerunt. Et in gratiarum actionem Tabulam casu isto depictio Isidoro
obtulerunt, et in dicto illius heremitorio appenderunt.

Istud fucum probant quatuor testes de' Visu, et certa scientia, qui omni-
nes in deo curru veniebant, et sunt in Rem. 66. testis fol. 243. 67. fol.
244. 68. fol. 238. et 69. fol. 239. omnes iuxta 12.

Ex quibus hunc euentum insigni miraculo adscribendum consumiuus, cum
precipitatio currus, periculumque omnium in illo venientium evadens ap-
pareat, si quidem impetus, quo currus descendebit, clare ostendit, quod
nullatenus absque maximo humano adiutorio (quod defuit) currus potu-
isset firmari in ore rupi, versus precipitum superum, maximè cum
iam altera mula d' orum pertransisset, et in aere versus precipitum
suspensa remansisset, cuius pondus maius. Et evidentius periculum
precipitationis currus reddebat. Unde cum aboq; aliquo adiutorio,
sed sola S. Isidori invocatione Currus in dea Ora firmus steterit, et
omnes iustus venientes potuerint ab illo exire, et liberari, colligitur
miraculum maximum Dei benignitate, et intercessione S. Isidori opera-
tum, quod et 3^o gradui ex superius deductis attribuendu exislimauis-
mus.

MIRACULUM XI

Oedaborum infirmitate orulo dacea Garvillo cum tribus
Carbunculis intus oculum guturis, et a medicis desperato
intercessione B. Isidori insanti sanato.

Adrianus Felix iuuenis xvij. annorum per nouem dies laborauit infirmi-

tate vulgo dicta Garetillo. cum tribus carbunculis incusatur. ita ut negat
manducare. nec bibere. nec loqui valeret. Et quamvis quamplurima reme-
dia a quatuor medicis. qui illum cumbant. sibi adhibita fuisse. tanta e-
rat malignitas acciditum. ut nullo remedio cedere voluerint. Et tandem
ingrauente infirmitate. et quasi a medicis desperatus. qui illum mori-
bundum cogitabant. in scriptis. cum loqui non posset. petierunt. sibi adduci
quandam imaginem B. Isidori. quam in suo cubiculo habebat. Et illa se-
bi allata. concole. et animo lacrymis perfusi ab eodem sancto deuote pe-
tient. ut sibi in illa necessitate auxilium praestaret. Et subito quodam som-
no. Et sudore correptus. in somnis visum fuit. B. Isidorum ipsum fuisse al-
locutum. Et dixisse. quod esset bono animo. Et haberet fiduciam in Deo.
quia ex illa infirmitate non morenetur. Et post tres horas a somno exca-
uit gaudens. Et alacris ac mille subleuatus. Et cum notabili melioratione.
Et illico accessisse unus ex deis medicis. Et cum quibusdam Instrumentis
ferreis ab interiori guttiris extinxit quedam frustum carnis partide.
Et sanus remansit. loquendisque illico recuperauit. Et melioratio renuentan-
tum increvencum. ut in breve omniuo sanauerit. quod omnes quatuor me-
dici videntes. in magnam traxit admirationem. Et cum ipsis dictu fuisse
set. qualiter Adrianus B. Isidoro se commendauit. successum miraculosum
iudicarunt.

Hoc factum legitimè probatum nos centiunus ex quatuor testibus de visu.
Et certa scientia. inter quos adiungit p̄t̄s Infimus. pater. Et mater illius. Et
onus ex dilectis medicis in Remissoriali super 12. Interrog. fol. 264. 266.
Et 274.

CE ex qua probatione fūimus in voto. huius factum merito ascribendum esse in-
signi miraculo operato intercessione B. Isidori. cum illius auxilium ab in-
fimo deuote. et instanter fuerit imploratum. Et infirmitas ex sui natura

sit

sit periculosa. Et pro maiori parte lethalis. ut medicus Arcualo testis su
prodictus expressè deponit. considerantes etiam remediā adhibita nihil
prefuisse. Et statim ad quæ infirmitatis gravitas agrotum adduxit. quod
medici illius salutem non sperabant. quin potius ut dicit Doctor Arcua-
lo deponit. summo mane. quando ad domum infirmi accessit. timebat iā
illum defundum repenit. Et cum sic existens. inuocato auxilio Seni
Dei repente subleuatus fuerit. meliorationemque notabilem senserit.
Et breui tempore integrum sanitatem habuerit. necessario inferatur ad
maximum miraculum. illudque 3^o gradui attribuendum esse' respectu
modi. Et instantanea recuperationis salutis. quod in modo omnino ex-
cedit vires omnes cotius naturæ creare.

MIRACULUM XII

Oc. Puer. continuus febribus. & fluxu' labomini. et à me-
dicis desperito intercessione B. Isidori instantaneam sani-
tatem recuperanti.

Alpobonus puer 4 annorum continuis febribus. & fluxu' ventris labo-
ravit per octo dies continuos. & interim plura illi remedia applicata
fuerunt per Doctorem Lopez. non tamen iuuantia. sed malitia infirmita-
tis in dies crescente. puer à medico fuit desperatus. & sequenti die sum-
mo manè pater. & mater illius ad illum evidendum accesserunt. illumq;
iam frigidum. & ferè mortuum inuenierunt. Inde Pater ad Ecclesiam sancte
Andree pro commendando eius filio B. Isidoro se' contulit. mater vero
repansit querendo syndonem. ubi filium. quan sepeliendum iudicabat.
inuolueret. Cum vero pater d. Ecclesiam ingressus fuisset. humiles ec-

deuotus precos lacrymus effusis. B. Isidoro pro salute sui filii effudie-
promutens illi aliquas missas celebrari facere, qua oratione genetela alter
filius eorundem Ioh. Ioseph. vocatus a mandato matris Panam in dicitur
Ecclia denunciat. qualiter Alphonsus iam erat sanus. Et collinus,
seu ciambellas, vel resquillas vulgo dictas petebat ad manducandum,
quo auditio pater prece gaudio, et pro tanto beneficio Deo. Et Isidoro
gratias reculit, missasque promissas celebrare fecit, et illico ad domum
se contulit, sicutumque ab infirmitate liberum inuenit, qui eodem die a
lecto surrexit, et ex tunc semper sanus permansit. et medicus quinque
omnes miraculum hoc magnum iudicarunt cum nulla medicamenta pro-
delle potuissent, et intercessione Servi Dei salutem repente recu-
perauit.

D e hoc facto deponunt de visu, et certa scientia pater, et mater eiusdem
infirmi, et quedam soror patris. Et quamvis pater tantummodo in
Rem fuit examinatus, alijs vero duo testes tantummodo coram ordi-
nario. Et morte preuenti non potuerint repeti in Rem. Nibilominus
cum ex alijs testibus Rem ^{has} de duorum testium legalitate constet, oxi-
stutiuimus, quod insimul cum patre teste rem. esset omnibus simul
fides adhibenda. Et resulet probatio legitima ex adductis sive in 3o
miraculo.

E t bine fuimus in sententia. hoc factum attribuendum esse miracu-
lo operato a Deo Omnipotenti intercessione servi sui Isidori, prece-
dente Patris invocatione, et petitione, et stante gravitate infirmita-
tis in pueru tenero. Et ita parue etatis. Et cum peruenisset ad ter-
minum, quo a medico fuerat desperatus. Et ab omnibus pro moribun-
do habitus. Et atenta instantanea salutis recuperatione. Ex
quibus omnibus miraculum inferri censuimus, illudque attribuendu-

3^o gradui ex nationibus sepius supra allatis.

per mundum in oblationem de multis nunc auerbiis meo dico

MIRACULUM XIII quod manu

De infirmitate quadam gravi morbo, et acuto, remedijs applicatis non proficiens, & à Medicis desperato, panacismiq[ue] correpto, potu aquae fontis B. Isidori instanti sanato.

Doctor Augustinus dela Fuente Aduocatus Madriti in quandam infirmitatem valde gruem, & acutam incidit, ita ut medici intrabiduum illum moribundum iudicauerint. illaque ordinauerint Nationem nationem haberet, prout infirmus fecit. & Sacramentis Poenitentie, & Sacro Sanele Eucharistie se preparauit, & remedia quamplura illi adhibita per medicos nullatenus proficiebant, unde et illi quandam portionem ordinavunt dicentes, quod si illa non operaretur, infirmus moreretur, qua per ipsam sumpta, illico illam euomuit, siveque nullam operationem fecit, quin panacismo correptus fere morti proximus indicabatur, qui tunc eo modo, quo poruit aquam fontis Sancti Isidori petiit, qua illi ministrata, & cum primum illam bibit, petiit a circumstantibus, quia ipse non poterat, quod ter credo recitarent, prout fecerunt. & oratione finita incontinenti liber ab infirmitate, samusque euasit, ita ut Doctor Mena unus ex eis medicis cum ad illum accessisset, ipsu[m] venum. & insculpient ipsius de quo exinde admiratus, quesiuit quidnam fecisset, quod salutem tam instantaneam infirmus recuperasset, et sibi regulerat, propter supremi xiiijus, & Medicus infirmo dixit, habens successum pro valde miraculoso, quod

ageret gratias Deo, & S. Isidoro, & quod iam ipse non habebat quid
facere, cum infirmus sanus esset, & commendando ei bonum regi-
men, infirmum reliquit, omnes quoque presentes pro miraculo predica-
re pararunt.

les
Quartuor testes Rem de' visu, & certa scientia de' isto facto depoñit,
quorum auctoritationes legitimas probationes iudicauimus, maximè cù
inter d.d. quartuor testes adfint ipsem et infirmus, ac ipsius uxori, &
mater, qui p̄eis interfuerunt. & sunt in processu Rem. a fol. 391.
usque ad fol. 394.

Nosque factum suptum sic legitimè probatum pro miraculo insigniba-
bimus, mediante aqua fontis S. Isidori, & illius intercessione a D.
O. openato, considerata gravitate infirmitatis, que tot remedij nulla
tenus cedere voluit, & quod malitia illius in tantum incrementum ve-
nit, nra medicis despentus fuerit, & ab omnibus pro moribundo iudi-
catus, & quod cum primum d. aquam biberet, continuò ab infirmitate
fuit liberatus, integrumque sanitatem recuperavit. Et cum quamvis
admodum supereret aries totius nature creata, & 3° gradui adscriben-
dum fore censuimus ex D. Thom. Galij supra relatis.

E
Votum trium
Rocce
Auditorum
x quibus omnibus concludendum iudicauimus, causam istam esse in
tali statu, ut iuxta S. R. E. ritum, & Sacrorum Canonum dispo-
sitionem (si S. V. placuerit) possit procedi ad istius Familiae festam
solemnam Canonizationem, & in numero Sanctorum adscriptionem in
forma Ecclesiæ consuetua.

Sacraus Arciepiscopus Bamassenus.

J. L. P. Coimbra Rotæ Decanus.

Don Alfonso Carreño de Quinones Rotæ Auditor.

10
Ad P.



36/1. B76C

